(4

DE ΕΠΙ PRAEPOSITIONIS

APUD

PAUSANIAM PERIEGETAM

VI ET USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ULRICUS SCHAARSCHMIDT.

LIPSIAE

SUMPTIBUS AMBR. ABEL.

Quicunque in Pausaniae periegetae libris explicandis versati sunt, quasi una voce quam incerta sit significatio cum aliarum praepositionum tum *ἐπί* particulae conqueruntur.[1]) Atque cum *ἐπί* praepositio vertatur vernaculis *auf an bei in*, suo quidem jure conqueri videntur. Cum autem apud alios scriptores e nexu sententiarum plerumque appareat, quid *ἐπί* particula valeat, in Pausaniae potissimum libro explicando, quem brevius durius obscurius saepe scriptum esse omnes scimus, nexu sententiarum non adjuvamur, multisque locis, quomodo *ἐπί* praepositionem vertamus et intellegamus, frustra quaerimus. Atque tantum abest, ut nonnulli interpretes praepositionis sensum obscurum illustrent et enucleent, ut praepositionis, quippe quae sit particula minutissima, paene nullam habeant rationem et eum sensum, quem inesse volunt, temere subiciant.[2]) Illa enim scholiastarum explicandi ratio, qui dicunt *ἡ ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρά* et alteram particulam interpretantur per alteram, ne nostris quidem temporibus plane desiit. Quae temeritas, cum nunquam sit probanda, in ipso Pausaniae libro inepta est ac perversa. Cum enim opera et artificia pleraque, quae a periegeta describuntur, jam non exstent, vel certe nesciamus, num opera nobis nota eadem sint, quae Pausanias descripserit: maxime refert periegetae verba ita explicari, ut ex iis ipsis, quam formam vel figuram opus habuerit, quam acuratissime intellegamus. Quamobrem recte faciunt ii, qui primum verba potissimum expli-

---

1) Schubart archäol. Zeitung 1862 p. 234. Quatremère de Quincy Jup. Olymp p. 272. Welcker, Abhandlungen der Berliner Akad. 1843, p. 13 ss.

2) Quatremère de Quincy l. d. Gall observation. grammat. p. 40.

care conentur et accurate discernant, qui praepositioni intellectus inesse possit, qui non possit.[3]) Quod ut sciamus, omnia ejus colligenda sunt exempla, ut primum iis tractatis locis, qui interpretatione non egeant, quia de rebus agant aut omnibus notis aut aliis locis accuratius descriptis, deinde aggrediamur locos difficiliores et dubios. Cum autem alius scriptor iisdem verbis alio saepe modo utatur, scriptis aliorum auctorum missis solus Pausaniae liber excutiendus est. Qua ratione interpretandi passim utebantur Heynius et Voelkelius; deinde ut unum certum locum explanaret, de ἐπί praepositionis significatione quaesivit Schubartus; denique accuratius de ἐπί particulae in describendis tabulis picturisque usu egerunt G. Hermannus et R. Rochettus.[4]) Cum vero illi viri doctissimi in singula tantum inquisiverint, equidem de vi et usu praepositionis ἐπί apud Pausaniam in describendis artificiis nobis obviae disputare et disserere conabor. Qua in quaestione solvenda eam instituam rationem, ut primum omnibus ex Pausaniae libro exemplis collectis ἐπί praepositionis significationem localem constituam, deinde ad eos locos procedam, quibus artificia ipsa et opera describantur.

Priusquam vero Pausaniam aggrediamur, de particulae intellectu primario quem dicunt pauca sunt praemittenda. De quo Kuehnerus[5]) sic disserit: »ἐπί hat die Grundbedeutung auf. Sowohl ἐπί als ὑπέρ bezeichnen die Oberfläche, mit dem Unterschiede jedoch, dass jenes eine wirkliche Berührung der Oberfläche, dieses nur ein Schweben über derselben oder eine leise Berührung derselben ausdrückt.« Atque recte quidem ἐπί praepositione significari dicit alicujus rei summam aream; nam homo ἐπὶ πύργῳ neque is est, qui intra turrim includatur, neque qui supra turrim

---

[3]) Schubart, Jahn Jahrb. 83 p. 315. Overbeck, Abh. der sächs. Ges. der Wissensch. 4,599; rhein. Mus. 7, 1850 p. 448. Kayser, Zeitschr. f. Alterthm. 1850 p. 393.

[4]) Quorum virorum doctorum haec potissimum scripta conferas: Heyne, antiquarische Aufsätze I. pag. 13 al. Völkel, über den grossen Tempel und Statue des Jupiter zu Olympia. Schubart, archaeol. Zeitung 1862 p. 234 ss. al. G. Hermannus, De veterum Graecorum pictura parietum, opuscul. V. p. 205 ss. R. Rochette, Lettres archéologiques sur la peinture des Grecs.

[5]) Griech. Grammatik. [2] § 438. p 429.

pendeat, sed is, qui in turri, i. e. in turris summa area, locum teneat. Res autem, quae *ἐπὶ γῆς* dicitur, neque sub terra est suffossa neque supra terram in aura pendet, sed in ipsae terrae area posita est. Neque vero in eo Kuehnero assentior, quod summam tantum aream *ἐπί* praepositione exprimi putat, cum pari modo omnis alicujus rei area hac particula significetur. Quod ut clarius illustremus, refugiamus ad artem geometricam et totam eam rem, quacum *ἐπί* praepositio conjungitur, cum cubo conferamus. Cubus autem terminatur areis iisque area summa, area infima, quattuor lateribus. Quaecunque vero per has areas intraverunt locumque habent intra eas, in cubo ipso esse dicuntur (*ἐν*); deinde quaecumque extra has areas locum habent, aut supra cubum aut infra eum aut juxta eum esse dicuntur (*ὑπέρ, ὑπό, πρός*). Sed quaecunque neque intra areas neque extra areas locum habent, sed in ipsis areis, ea *ἐπί* particula dicuntur. Conferas enim vocabula composita, ut alia omittam: *ἐπαλείφειν, ἐπίχρυσος*. Num *ἐπαλείφειν* verbum de superficie tantum illita intellegere licet? Nonne adjectivo *ἐπίχρυσος* res significatur per quamlibet aream inaurata. Deinde vero aperte res dicuntur, quae in alterius rei sunt lateribus: *τραῦμα ἐπὶ μήρου, λευκὰ σημεῖα ἐπὶ πλευρᾷ, παῖς ἐπὶ μαστοῖς*, sim. Quin ut etiam aream infimam significent, praepositione *ἐπί* scriptores utuntur, cf. Herod. 7,41. *Χίλιοι ἐπὶ τοῖς δόρασι ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας*. Itaque *ἐπί* particula alicujus rei areae omnes significantur. Vernacula igitur praepositio proprie respondet *an*; nam dicimus: an der Erde liegen, *ἐπὶ γῆς*, an der Wand gemalt, *ἐπὶ τοίχῳ*, unten am Speer befestigt sein, *ἐπὶ δόρατι*. Cum vero nos quidem summam aream non eadem qua latera, sed potius particula *auf* significare soleamus, duplex videtur esse significatio praepositionis *ἐπί auf* et *an*. Atque omnibus notum est *ἐπί* praepositionem cum genetivo et dativo conjunctam multo saepius vertendam esse nostra particula *auf* quam *an*. *ἐπί* enim particula et cum genetivo et cum dativo conjuncta res significatur, quae locum tenet in alterius rei area, particula autem cum accusativo conjuncta, quae in alterius rei aream movetur. Cum autem omnino multo saepius res rebus videamus impositas, i. e. locum habentes in alterarum rerum area summa, quam res rebus adhaerentes, i. e.

locum habentes in alterarum rerum lateribus: *ἐπί* praepositionem cum genetivo et dativo conjunctam saepius intellegendam esse de alicujus rei area summa quam de lateribus apparet. Neque vero haec propria et una vis esse potest. Nam eadem praepositio cum accusativo conjuncta saepius latera alicujus rei significat quam superficiem vernaculique sermonis particulis interpretanda est *an* et *nach*. Eodem autem modo *ἀπό* praepositio *ἐπί* particulae cognata[6]), qua motus significatur ab area alicujus rei institutus, saepius de lateribus est intellegenda quam de superficie.

Ἐπί vero particulam ad omnes areae partes pertinere, et summam et infimam et latera, etiam ex linguis apparet Latina et Germanica Graecae cognatis. Latinorum enim respondet particula »ob«[7]), qua alicujus rei aream significari apparet ex verbis compositis: oblinere, obauratus (Apul. Met. 11 p. 260, 34.) aliis, et ex praepositionis cum casu conjunctae usu locali: Cic. Tim. 14. 41. ob os ignis suffusus, i. e. per aream oris suffusus. Plaut. Aulul. 2, 4. 23. obstringere follem ob gulam; nam follis habet locum in gulae area. Vernaculae autem linguae particula praefixa *be* — Graecae *ἐπί* cognata est.[8]) Verba autem *bemalen benetzen bekränzen* sim. nonne a verbis simplicibus differunt eo, quod ea area intellegitur, quam quis pingit conspergit redimit? Item vero dicimus *bewerfen*, ut indicemus neque in rem, neque ante rem, sed ad vel contra rem aliquid jaci.

Jam vero videamus, quae apud Pausaniam potissimum *ἐπί* praepositionis significatio sit localis et agamus primum de *ἐπί* particulae cum casibus conjunctae vi et usu, deinde de ejus in vocabulis compositis intellectu. Atque *ἐπί* praepositionem cum genetivo conjunctam nostra *auf* vertendam esse apparet, si homines aut in aliqua re sedere aut equo curru navi vehi dicuntur, ut 2, 17. 4. *ἐπὶ θρόνου κάθηται.* 4. 27. 2. *ἐπί τε ἵππων ὀχούμενοι.* 2, 10. 3. *τὸν θεὸν ἐπὶ ζεύγους ἡμιόνων κομισθῆναι.* 7, 26. 14.

---

[6]) G. Curtius, Grundzüge d. griech. Etym. [3] no. 300.

[7]) G. Curtius, Grundzüge [3] no. 335. Corssen, Aussprache und Vocal. II[2] 1026 cf. I[2] 118.

[8]) W. Müller, mittelhochdeutsch. Wörterbuch, Bd. 1. pg. 111. cf. Schömann, Redetheile p. 138.

ἐπ' Ἄργους πλεῖν. Deinde eandem praepositioni vim esse apparet in his: 6, 25. 1. *ἐπὶ χελώνης βέβηκε.* 10, 30. 5. *ἐπὶ πέτρας τὸν πόδα ἔχων.* 1, 28. 5. *λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν.* 10, 12. 5. *ἐπὶ ταύτης ἱσταμένη τῆς πέτρας.* Dubitare vero possis, utrum *auf* interpreteris, an particula *an* locum 3, 20. 9. *Τυνδάρεως θύσας ἵππον τοὺς Ἑλένης ἐξώρκου μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων.* Sed etiamsi Amasaeus interpretatur: ad exsecta equi procos jussit assistere, antiquis temporibus jurantes in ipsa victima stetisse auctor est Schoemannus.*) Deinde vero Graecorum *ἐπί* particulam nostra *auf* interpretamur his locis, quibus res alteri rei imposita esse aperte dicitur: 1, 16. 1. *τὰ ξύλα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ κείμενα* cf. 7, 18. 11. *ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὰ αὐότατα τῶν ξύλων κεῖται,* ubi diserte lignis aridissimis, quae jacent in ara (*ἐπὶ βωμοῦ*), opponuntur ligna viridia, quae ad aram posita sunt (*περὶ βωμόν*). Eodem vero sensu cum vocabulis *ἐπὶ βωμοῦ* verba sacrificandi conjunguntur, cum id quod sacrificetur in ara jaceat: *θύειν* 1, 26. 5. multis aliis locis; *καθαγίζειν* 8, 2. 3. 9, 3. 8. *σπένδειν* 8, 2. 3. *θυμιᾶν* 5. 15. 10. 7, 22. 3. *καίειν* 2, 10. 1. ib. 11. 7. Denique res alteris rebus impositas dici apparet: 7, 5. 9. *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πόλον ἔχειν.* ib. 17. 8. *ἐπίθημα ἐπὶ τοῦ χώματος.* 5, 20. 1. *ἐπὶ τραπέζης στέφανοι προτίθενται.* ib. §. 6. *κίονές εἰσιν καὶ ἐπ' αὐτῶν ὄροφος.* 6, 19. 1. *ἐπὶ τῆς κρηπῖδός εἰσιν οἱ θησαυροί.* Porro ut loca edita significentur *ἐπί* particula usurpatur saepissimeque conjungitur cum genetivo adjectivorum, ad quae nomen *χωρίον* cogitando assumendum est: *ἐπὶ ὑψηλοῦ καὶ πετρώδους* 10, 35. 9.; deinde *ἐπὶ ὑψηλοῦ* legitur: 4, 34. 8. 6, 21. 4. 10, 37. 3. ib. 38, 8. ipsumque substantivum additur *χωρίον* 5, 6. 1. 8, 53. 9; deinde invenitur *ἐπὶ μετεώρου καὶ ἀποτόμου* 8, 39. 5. *ἐπὶ μετεώρου* 9, 39. 1; deinde *ἐπὶ ὄρους* 2, 15. 2. ib. 35. 4. ib. 38. 7. 3, 24. 8. 8, 14. 1. 9, 24. 4. ib. 39. 9. *ἐπὶ λόφου.* 2, 12. 4. 4, 5. 9. 7, 27. 1. 8, 25. 3. ib. 35. 6. ib. 36. 10. 9, 19. 7. *ἐπὶ κορυφῆς* 3, 24. 8. 8, 17. 1. ib. 21, 4. Denique certis quibusdam in constructionibus usurpatur *ἐπὶ γῆς*

*) Griech. Alterth. II. p. 238. Anm. 3. cf. Hermann ad Viger. reg. VIII. Stanley ad Aeschyl. Eum. 486. p. 839. Dion Hal. 5, 1. Demosth. Aristocr. §. 68.

auf der Erde 1, 37. 7. 7, 23. 8; *ἐπὶ ἀγρῶν* auf dem platten Lande 10, 20. 9; *ἐπὶ ἀγορᾶς* auf dem Markte 3, 12. 7. multis aliis locis; *ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν* sc. *γῆς* auf seinem Grund und Boden. 5, 4. 2; *ἐπὶ οἰκίας* zu Hause 4, 33. 2; *ἐπὶ στρατοπέδου* 2, 1. 2. 4, 27. 2. 10, 1. 6. ib. 22. 13; *ἐπὶ πλευρᾶς* auf der Seite 6, 20. 15.

Contra pauci inveniuntur loci, quibus res in alterius rei latere esse dicatur: 9, 24. 1. *κέντρα ἐπὶ ἄκρας ἔχειν τῆς οὐρᾶς,* 8, 28. 6. *ἄγαλμα τραῦμα ἔχον ἐπὶ τοῦ μηροῦ.* 9, 22. 4. *λευκὰ σημεῖα ἐπὶ ἄκρας ἔχουσιν τῆς οὐρᾶς.* Praeterea vero nonnullis locis invenitur *ἐπὶ θαλάσσης*, ut 1, 1. 3. et *ἐπὶ ὁδοῦ* 2, 25. 1. quae nos vertimus *am Meer, am Wege.* Quam constructionem, cum multo saepius legamus *ἐπὶ θαλάσσῃ, ἐπὶ ὁδῷ*, exponemus, cum de dativo agemus. Ad quem transeamus.

Ἐπὶ particula cum dativo conjuncta eadem ratione saepius significat rem impositam quam adhaerentem et saepius nostra praepositione *auf* quam *an* vertenda est. Primum enim homines dicuntur sedere *ἐπὶ θρόνῳ* 10, 24. 5. *ἐπὶ λίθῳ, ἐπὶ πέτρᾳ* 10, 27. 3. cett. et concubare *ἐπὶ κλίνῃ* 5, 19. 7. cett. Deinde de equitibus legimus *ἐφ' ἵππῳ* 8, 25. 10. 10, 13. 5. atque similis est constructio *ἐφ' ἅρματι* 10, 10, 3. 6, 10 8. cett. De navigante vero semel tantum invenimus verba *ἐπὶ σχεδίᾳ* 7, 5. 5. itemque unus est locus, qui praebet verbum *βεβηκέναι* 10. 36. 8; ipsum autem verbum *ἵστημι* legimus *ἑστηκέναι ἐπὶ βάθρῳ* 2. 24. 3. al. *ἱστάμενος ἐπὶ δίσκῳ* 6, 14. 6. *πέτρα, ἐπὶ ταύτῃ στᾶσαν κτε.* Saepissime *ἐπὶ κεφαλῇ* aliquid esse dicitur: *στέφανος* 5, 22. 5. ib. 11. 1. 2, 35. 5. *πῖλος* 4, 27. 2. 7, 27. 1. *κράνος* 3. 19. 2. 6, 10. 4. *πόλος* 2, 10. 5. 4, 30. 6. alia. Porro verba *ἐπὶ βωμῷ* de sacrificiis in ara instituendis usurpantur, *θύειν* 2, 2. 1. ib. 31. 3. *σπένδειν.* 5, 15. 10. Deinde vero monumenta sepulcris imposita verbis *ἐπὶ τάφῳ, ἐπὶ μνήματι* sim. significantur 1, 29. 4. ib. 32. 3. 2, 31. 3. 3, 24. 10. 4, 32. 3. 5, 6. 6. 7, 25. 13. 8, 11. 8. Neque vero monumentum solum sed etiam sacellum in ipso tumulo fuisse dicitur 8, 35. 8 *τάφος ἐστὶ Καλλιστοῦς χῶμα γῆς ὑψηλόν, δένδρα ἔχον πολλὰ — ἐπὶ ἄκρῳ τῷ χώματι ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος Καλλίστης.* Cum autem Schubartus[10]) et

[10]) „auf der Spitze des Hügels".

E. Curtius [11]) sacellum in ipso tumulo fuisse censeant, O. Muellerus et Stackelbergius [12]) templum supra sepulcrum exstructum et sepulcrum in templo fuisse credunt. Neque vero quidquam obstat, quis cum Curtio et Schubarto faciamus, cum tumulus ille tanta fuerit magnitudine, ut multae in eo creverint arbores, [13]) voce autem ἱερόν non ipsum templum significetur, sed aedicula vel ara. [14]) Item vero sacellum in ipso tumulo conditum esse dicitur 3, 13. 1. Κάστορος μνῆμα, ἐπὶ δὲ αὐτῷ καὶ ἱερὸν πεποίηται. Ex re vero ipsa ἐπί particulam esse nostratium *auf* in his quoque apparet 10, 26. 9 λουτήριόν ἐστιν ἐπὶ τῷ ὑποστάτῃ. 4, 13. 2 σπλάγχνα ἐπὶ τραπέζῃ προκεῖσθαι. 3, 22. 10 ἱερόν—οὔτε ὄροφος ἐπεστιν ἐπ' αὐτῷ. 6, 21. 2 τρόπαιον ἐπὶ τῇ κρηπῖδι ἑστήκει quocum loco conferas 6, 25. 1. ib. 20. 1. 5, 13. 9. 9, 39. 9. Ut res in locis editis sitae significentur, ἐπὶ μετεώρῳ uno legimus loco 3, 23. 10. ἐπὶ ὄρει 2, 36. 2. 9, 19. 3; saepius ἐπὶ λόφῳ 2, 12. 1. ib. § 5. 3, 13. 8. ib. 15. 10. 6, 21. 6. 8, 31. 9. 10, 34. 7. Saepissime ἐπὶ κορυφῇ verba inveniuntur: 9, 3. 7. ib. §. 9. ib. 41. 6. 2, 24. 5. ib. 25. 3. ib. 36. 8. cett. ἐπὶ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους 1, 44. 9. 2, 28. 2. 8, 44. 4. ib. 38. 7. ἐπὶ ἄκροις (τοῦ Παρνασοῦ) 10, 32. 7. ἐπὶ ἄκρᾳ (i. e. in promontorio) 4, 36. 1. 7, 5. 11. 3, 21. 7. ib. 24. 5. ib. 25 §§. 3. 4. 5. 7. 8. Denique etiam cum dativo ἐπί particula conjuncta in certis quibusdam usurpatur constructionibus, quas sum enumeraturus: ἐπὶ ἠπείρῳ 8, 38. 1. ἐπὶ νήσῳ 2, 27. 1. ἐπὶ ἐσχάτοις τῆς ἠπείρου. 1, 29. 11. ἐπὶ οἰκίαις 7, 24. 4. ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν μένειν. 2, 13. 1. ἐπὶ τοῖς καθεστηκόσιν ὅροις μένειν ib. 20. 1. ἐπὶ ὁδῷ 10, 5. 3. ἐπὶ ἀτραπῷ 1, 4. 2. Quomodo autem verba ἐπὶ ἰσθμῷ intellegas, quae leguntur 1, 9. 8. 8, 1. 1. 10, 5. 3. dubitare possis. Cum enim 1, 9. 8 Λυσιμαχίαν ᾤκισεν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Θρᾳκίας χεῤῥονήσου urbem Lysimachiam, quae in loco priscae Cardiae sit condita, in ipso isthmo, non ad eum fuisse

---

[11]) Pelop. I. 309. „Grabhügel der K., auf dessen Gipfel ein Heiligthum der Artemis Kallisto stand."

[12]) Gräber der Hellenen p. 21.

[13]) cf. Guhl und Koner, Leben der Griechen und Römer, figg. 95. 96.

[14]) Sieb. ad. 1,16. 6; Sylburg apud Sieb. tom. IV. pag. VIII. C. F. Hermann, gottesdienstl. Alterth. §. 19, 2. Ross Theseion p. 22.

certe sciamus, duobus ceteris locis 8, 1. 1. *Κορίνθιοι οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ πρῶτοι* 10, 5. 3 *Κόρινθος δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ χώρα τροφὸς τῷ Οἰδίποδι ἐγένετο*, quoniam Corinthus potius ad isthmum sita esse videtur, cum Schubarto facere possis, qui 8, 1. 1. praebet *wohnen zuerst am Isthmos*. Sed idem Schubartus 10, 5. 3 vertit *das Land auf dem Isthmos*. Atque hanc interpretationem probamus. Isthmo enim nomine sensu latiore etiam terras isthmo finitimas comprehendi commemorat E. Curtius [15]) atque Corinthum in ipso isthmo conditam dici apparet ex Vellej. Paterc. 1, 3. et ex Strab. p. 378. 8, 6. 20. *ὁ Κόρινθος ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ κείμενος;* quae verba quominus ad isthmum interpretemur loco Strabonis huic proximo 380. 8, 6. 22. prohibemur, ubi fanum Neptuni, quod in Isthmo fuisse satis notum est, eadem dicitur praepositione *ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ καὶ τὸ τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερόν.*

Transimus ad ea exempla, in quibus *ἐπί* particula vernacula *an* vertenda est. Atque genetivo similia sunt haec exempla 1, 23. 6. *ἔχειν ἐπὶ τοῖς ἰσχίοις οὐράς* 10, 25. 6. *τραῦμα ἐπὶ τῷ κάρπῳ ἔχειν*. 9, 12. 1. *ἐπὶ πλευρᾷ σημεῖον ἐπεῖναι λευκόν*. Praeterea conferas hos locos 1, 21. 6. *αἱ ἐπὶ τῷ κάρπῳ τῆς πίτυος φαινόμεναι ἐντομαί* 5, 11. 5. *τὸν ἐπὶ ταῖς ναυσὶν ἄκραις ποιούμενον κόσμον* 10, 15. 5 *κάρπος ἐπὶ φοίνικι* 1, 35. 5 *τὰ ἐπὶ γόνασιν ὀστᾶ*; neque enim haec sunt ossa juxta genua, sed ossa quae sunt in genibus iisque adhaerent. Eadem est ratio 10, 22. 3. *νήπια ἐπὶ τῶν μητέρων τοῖς μαστοῖς;* ib. 36. 8. *τὴν χεῖρα ἐπὶ τῷ μήρῳ ἔχειν*; 4, 19. 4. *ἱμάντας ἐπὶ φαρέτραις ἔχειν;* 7, 22. 7 *χλαμύδα ἐπὶ τῷ χιτῶνι ἐνδεδυκώς.*

Conferamus vero has dativi constructiones cum genetivo; quos casus paene eadem ratione usurpari ex his potissimum elucet exemplis:

1, 28. 5. *ἐπὶ λίθων ἱστᾶσιν.*	10, 12. 1. *ἐπὶ πέτρᾳ στᾶσαν.*
5, 20. 1. *ἐπὶ τραπέζης προτίθενται.*	4, 13. 2. *ἐπὶ τραπέζῃ προκεῖσθαι.*
5, 20. 6. *ἐπὶ κιόνων ὄροφος.*	2, 7. 2. *ἐπὶ κίοσιν ἐπίθημα.*

[15]) Pelop. II. 594. Anm. 87. ubi excitatur Vellej. Paterc. 1. d.

6, 19. 1. ἐπὶ κρηπῖδος θησαυροί.	6, 26. 1. ἐπὶ κρηπῖδι ἄγαλμα.
10, 30. 8. ἐπὶ κεφαλῆς κόμη.	9, 21. 1. ἐπὶ κεφαλῇ κόμη.

Quamquam vero genetivus saepius adhibetur, etiam dativus legitur in his:

2, 17. 4. ἐπὶ θρόνου κάθηται.	10, 24. 5. ἐπὶ θρόνῳ κάθηται.
6, 25. 1. ἐπὶ χελώνης βέβηκε.	10, 36. 8. ἐπὶ δελφῖνι βέβηκε.
8, 39. 5. ἐπὶ μετεώρου.	3, 23. 10. ἐπὶ μετεώρῳ.

et dativo usitatiore nonnullis tamen locis invenitur genetivus.

2, 10. 5. ἐπὶ κεφαλῇ πόλος.	7, 5. 9. ἐπὶ κεφαλῆς πόλος.
8, 35. 8. ἐπὶ χώματι ἱερόν.	7, 17. 8. ἐπὶ χώματος στήλη.
9, 3. 7. ἐπὶ κορυφῇ βωμός.	3, 24. 8. ἐπὶ κορυφῆς ναός.

Item vero iis locis, in quibus ἐπί particula nostra *an* est vertenda, dativum quidem Pausanias mavult, nihilominus vero eadem ratione ambos casus usurpari ex his apparet exemplis:

1, 23. 6. ἐπ' ἰσχίοις οὐράς ἔχειν.	9, 24. 1. ἐπ' οὐρᾶς κέντρα ἔχειν.
10, 25. 6. ἐπὶ χειρὶ τέτρωται.	8, 28. 6. ἐπὶ μηροῦ τραῦμα ἔχειν.
9, 12. 1. ἐπὶ πλευρᾷ σημεῖον ἐπεῖναι.	9, 22. 4. ἐπὶ οὐρᾶς σημεῖα ἔχειν.

Quin etiam una in paragrapho Pausanias de eadem re et genetivum et dativum adhibet:

4, 13. 2. σπλάγχνα ἐπὶ τραπέζῃ προκεῖσθαι — τὰ ἐπὶ τῆς τραπέζης.

9, 3. 4. ἐφ' ὅτῳ τῶν δένδρων καθεδεῖται — ἐφ' οὗ δ' ἂν καθεσθῇ.

5, 15. 10. θύουσιν ἐπὶ βωμῶν — θυμιῶσιν ἐπὶ βωμῶν — τιθέασι κλῶνας ἐπὶ βωμῶν — σπένδειν ἐπὶ βωμῷ.

et uno in membro ambos casus variat:

8, 42. 4. δελφὶς ἐπὶ τῆς χειρός ἦν, περιστερὰ δὲ ἐπὶ τῇ ἑτέρᾳ.

9, 21. 2. ἐπὶ ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ κέρας, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδὲ ἀρχὴν κέρατά ἐστιν.

9, 22. 4. *λευκὰ σημεῖα ἐπί τε ἄκρῳ τῷ ῥάμφει καὶ ἐπὶ ἄκρας ἔχουσι τῆς οὐρᾶς.*

2, 36. 2. *ἱερὰ ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀρῶν, ἐπὶ μὲν τῷ Κοκκυγίῳ Διός, ἐν δὲ τῷ Πρωνὶ ἐστιν Ἥρας.*

Jam vero dativus solus usurpatur in constructionibus singularibus quibusdam, in quibus *ἐπί* praepositio nostra vertitur *an* vel *bei* et rem significat ne adhaerentem quidem alterius rei lateribus, sed ei finitimam. Primum enim constructionem *ἐπὶ βωμῷ* et sim. Schubartus saepins vertit *am Altare* 1, 37. 4. 2, tt. 4. 3, 16. 9. 4, 17. 4. 10, 24. 4. ib. 27. 2. Atque suo jure ita vertit. Etiamsi enim verba *ἐπὶ βωμῷ* per vernaculam particulam *auf* sint interpretanda in constructione *θύειν ἐπὶ βωμῷ* 2, 2. 1. ib. 31. 3. *σπένδειν ἐπὶ βωμῷ* 5, 15. 10 recteque vertamus *auf dem Grabe* t0, 25. 10. *ἀποθανεῖν αὐτὴν (Πολυξένην) ἐπὶ τῷ Ἀχιλλέως μνήματι*, quia Polyxenam in ipso tumulo interfectam esse Euripides diserte dicit Hecub. 524 *Πολυξένην ἔστησ' ἐπ' ἄκρου χώματος*, neque repugnat Pausanias, qui 1, 22. 6 tabulam in Propylaeorum pinacotheca describens Polyxenam esse dicat *πλησίον τοῦ τάφου*, cum picta sit non *σφαζομένη*, sed *μέλλουσα σφάζεσθαι*: alio loco 9, 18. 3, ubi de Polynicis et Eteoclis sepulcris agitur, verba *τὰ δ' ἐπ' αὐτοῖς (μνήμασιν) δρώμενα* interpretanda videntur esse *an den Gräbern*. Pausanias enim pergit: *τούτοις δὲ* (Polynici et Eteocli) *ἐναγιζόντων αὐτῶν τὴν φλόγα ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ἀπ' αὐτῆς καπνὸν δίχῃ διΐστασθαι.* Nam si Thebani singula sacra in honorem utriusque filii faciebant, cur ntraque flamma dividatur, non intellegimus, sin vero fratribus inter se inimicis unam flammam accendebant, bene intellegimus. Qua de causa unum tantum sacrificium factum esse credendum est. Jam cum duo sepulcra commemorentur, illud unum sacrificium non in ipsis sepulcris, sed in ara juxta sepulcra posita institutum esse verisimile est. Quomodo vero hic sensus praepositioni inesse potest, qua rem aut impositam aut adhaerentem significari diximus? Atque primum *ἐπί* praepositionis nsus translatus est ad ea sacra, quae partim in ara partim ad aram fiebant. Nam 4, 32. 3. ubi legitur *ὁποῖα ἐπὶ τῷ τάφῳ* (sc. Aristomenis) *δρῶσι*, taurus immolandus ad pilam alligatur positam in sepulcro, ipse vero est ad

sepulcrum. Deinde 1, 37. 4. *βωμός ἐστιν ἀρχαῖος· ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς καθαρσίων ἔτυχεν*, sacrificari in ara, Theseum astare ad aram verisimile est. Cum vero *ἐπί* particula ea sacra dicantur, quae certe aliqua ex parte ad aram vel sepulcrum fiunt, per metaphoram eadem praepositione ea quoque sacra significantur, quae, quamquam non fiunt in ipsa ara vel sepulcro vel simili re, tamen ad aram sim. pertinent et propter ejus sanctitatem instituuntur. Eadem vero ratione metaphorica interpretandos esse censeo locos 4, 17. 4 et 10, 27. 2, ubi Priamus a Neoptolemo interfectus esse dicitur *ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ἑρκείου*. Supplices enim in ara proprie sedisse apparet ex Thuc. 1, 136, qui supplicem narrat *καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν* et Aristoph. Plut. 382: *ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον ἱκετηρίαν ἔχοντα*. Neque vero propterea quemlibet supplicem ipsi arae insedisse credere cogimur, cum de eodem Priamo legamus apud Eurip. Troad. 16 *πρὸς δὲ κρηπίδων βάθροις πέπτωκε Πρίαμος Ζηνὸς Ἑρκείου θανών*. Quin etiam ipse Pausanias Neoptolemum occidi dicit et *ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ* (Apollinis Delphici) 10, 24, 4. et *πρὸς τῷ βωμῷ*. 4, 17. 4.

Deinde vero *ἐπί* particula vertitur vernacula *an* in his quattuor formulis *ἐπὶ ὄχθῃ* et sim. am Ufer, *ἐπὶ πέρατι* et sim. am Ende, *ἐπὶ ὅροις* an der Grenze, *ἐπὶ ὁδῷ* et sim. am Wege. Sed in his *ἐπί* praepositione proprie res significatur rei imposita. Eae enim res, quae *ἐπὶ αἰγιαλοῖς* dicuntur 10, 32. 2. *ἐπὶ τῇ ὄχθῃ* ib. 28, 4. *ἐπὶ τοῖς χείλεσιν τῆς λίμνης* 2, 37. 6, et Latina lingua in litore posita et vernacula *auf dem Ufer* dici possunt. Litus enim non est linea tantum, in qua aqua et terra inter se tangunt, sed terrae pars extrema, quae vergit ad aquam. Item vero vocabulo *πέρας* non linea significatur, quae rem circumscribit terminatque, sed hujus rei extrema pars, cui res altera imposita dicitur, ut 5, 10. 4. *λέβης ἐπὶ πέρατι τοῦ ὀρόφου ἐπίκειται* cf. 5, 22. 2. Lineae enim circumscribenti finitima sunt et ea, quae intra eam locum habent, et ea, quae extra eam locum habent. Itaque *ἐπὶ πέρατι* vocabulis, si significaretur res lineae circumscribenti finitima, dici possent et ea quae intra lineam rem terminantem et ea, quae extra hanc lineam locum tenerent. Atqui omnia exempla documento sunt his verbis *ἐπὶ πέρατι* ea tantum

significari, quae intra lineam circumscribentem, i. e. in rei terminatae parte ipsa extrema, locum teneant, cf. 5, 10. 4. ib. 22. 2. 3, 12. 8. 8, 23. 3. 8, 13. 6. 5, 25. 7. 10, 34. 7. cett. Ceterum conferas ἐπὶ τελευτῇ 6, 17. 6. 10, 5. 8. ἐπὶ ἀρχῇ. 2, 34. 10. ib. 1. 4. Eadem vero est ratio constructionis ἐπὶ ὅροις, quo substantivo extremam terrae partem significari scimus, cum saepius legamus ὅροι τῶν Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀργείους et sim. 2, 38. 7. ib. 34. 12. 4, 4. 2. 9, 40. 12. Denique ἐπὶ ὁδῷ res esse dicuntur viae finitimae; cum vero eadem verba etiam »in via« vertenda esse jam viderimus, per methaphoram quandam omnes res ἐπὶ ὁδῷ dici credimus, ad quas progrederis in via. 9, 19. 1. ib. 18. 1. 10, 4. 4. ib. 35, 2.

Freqnentissimus deinde ἐπί praepositionis est usus, quo res vel urbes ad mare vel fluvium vel fontem sitae dicuntur: ἐπὶ θαλάσσῃ ἐπὶ ποταμῷ ἐπὶ πηγῇ. Qua constructione quamquam Latina particula »ad« Germanica »an« vertimus, tamen rem mari fluviisve impositam dici contendo. Has enim res litori maris vel fluvii ripae impositas esse vidimus. Litus vero et ipsum pars est maris atquo eodem quo ipsum mare nomine intellegitur et nominatur, cf. Πόντος,[16]) Βόσπορος.[17]) Atque hanc esse causam, propter quam loca mari finitima saepius ἐν praepositione dicantur, interpretes suo jure mihi videntur explicare.[18]) Cum vero ἐν praepositio hoc sensu cum iis potissimum nominibus conjungatur, quae maris partem aut montibus cinctam aut artis finibus coercitam significent, nt ἐν πόρθμῳ 5, 25. 4. 6, 4. 6. ἐν κόλπῳ 6, 14. 13;[19]) atque cum ratio constructionum ἐν κόλπῳ et ἐπὶ θαλάσσῃ eadem esse videatur atque ἐν φάραγγι »in valle« et ἐπὶ πεδίῳ »in planitie«: equidem nullo modo dnbito, quin urbes maritimae et similia ea de causa ἐπὶ θαλάσσῃ dicantur, quod mari, i. e. maris margini, sint impositae. Urbem vero cogitari posse fluvio impositam

[16]) Strabo, 540. 12, 2. 10. al. Herod. 7, 147.

[17]) Strabo, 762. 18, 3. 7. Lucian Alex. 57. cf. E. Curtius. Pelop. II. 447: „der Name Pocos bezeichnet das Land an der Meerenge."

[18]) Hertlein, Zeitschr. f. Alterthm. 1838. p. 599.

[19]) cf. Thuc. 1, 121 et 6, 48. ἐν πόρῳ. Strab. 646. 14, 1. 37. ἐν κόλπῳ. Ptolem. 3, 14. p. 238 ed. Wilberg ἐν κόλπῳ. Herod. 9, 92. 9. ἐν κόλπῳ Xen. anab. 4, 8. 22. ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ.

vel ex Franco-Gallorum usu apparet, sur la rivière, Brie sur Marne; eandem autem esse notionem Graecae *ἐπί* particulae ex loco intellegas Xenoph. anabas. 6, 5. 22. *γέφυρα ἦν ἐπὶ τῷ νάπει;* neque enim pons est valli finitimns, sed ei impositus. Legimus autem *ἐπὶ θαλάσσῃ* quadragies bis (*ἐπὶ θαλάσσης* novies), *ἐπὶ ποταμῷ* tricies ter (*ἐπὶ ποταμοῦ* semel), *ἐπὶ πηγῇ* octies; praeterea autem invenitur *ἐπὶ Ὠκεανῷ* 1, 33. 3. *Εὐξείνῳ πόντῳ* 5, 26. 7. *Ἑλλησπόντῳ* 1, 29. 10. *Εὐρίπῳ* 5, 23. 2. 6, 13. 8. 9, 12. 6. ib. 31. 3. *πορθμῷ* 6, 2. 10. 5, 22. 2. ib. 26. 5. *κλύδωνι* 7, 5. 11. *λίμνῃ* 9, 24. 1. *στόματι* 5, 21. 9. *κρήνῃ* 5, 16. 8. 8, 47. 4. 9, 10. 1. *ὕδατι* 8, 22. 4. (*ἐπὶ ὕδατος* 7, 5. 2.). Similia sunt *ἐπὶ χαράδρᾳ* 10, 4. 1. ib. §§. 4. 5. *ἐπὶ τῇ λιθοτομίᾳ* 3, 21. 5.

Nonnullis deinde in constructionibus, quibus s i t u s designatur, *ἐπί* praepositio vernacula *bei* interpretanda est. Sic saepissime pugnae ad locum commissae *ἐπί* praepositione nominantur: *ἐπὶ Τάφρῳ μεγάλῃ* 4 6. 3. ib. 17. 2. ib. 20. 1. 8, 5. 13. et *ἐπὶ Εὐρυμέδοντι* 10, 15. 4; non mirum, cum omnes res ad fossam vel fluvium sitae *ἐπί* praepositione dicantur; praeterea vero, cum verba *ὁ ἐπὶ Ἰλίῳ πόλεμος* 4, 6. 1. al. metaphorice potius interpreter: bellum contra Trojam susceptum, invenitur *ἐπὶ Πηλουσίῳ* 1, 6. 6. *ἐπὶ Κάπρου σήματι* 4, 15. 7. ib. 19. 3. *ἐπὶ Δηλίῳ* 9, 6. 3. 3, 6. 1. et de pugnis navalibus ad promontoria commissis legimus *ἐπὶ Μυκάλῃ* 1, 25. 1. *ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* 3, 16. 6. 10, 14. 5. *ἐπὶ Ἀκτίῳ* 8, 9. 6. Simili vero modo *ἐπί* particula usurpatur, ut aut mare terrae finitimnm dicatur: *ἡ ἐπὶ Κεγχρέαις θάλασσα* 2, 1. 5. 7, 6. 7. *ἡ ἐπὶ Λεχαίῳ θάλασσα* 2, 1. 5. *ὁ ἐπὶ Φαλήρῳ λίμην.* 1, 4. 4. *ὁ ἐπὶ Μουνυχίᾳ λίμην* ibid., aut insula pro continentis litore sita significetur: 7, 4. 3. *ἐπὶ τῇ Θράκῃ νῆσος* (*Σαμοθρᾴκη*) 4, 36. 6. *Ψυτταλεία ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι.* 5, 24. 7. *ἐπὶ τῇ ἠπείρῳ κειμένη νῆσος.* Deniqne singulari ratione Locri Opuntii a Pausania nominantur *Λόκροι οἱ ἐπ' Ἀταλάντῃ νήσῳ* 10, 20. 4.

Quas constructiones omnes plane singulares et diversissimas esse a descriptione artificiorum nemo est qui neget. Quare eos locos, quibus de artificiis agitur, eodem modo explicare non licere mihi videtur.

Pauca deniqne addenda sunt de *ἐπί* praepositionis u s u q u o-

dam metaphorico. Saepe enim adhibetur, ut rebus quibusdam enumeratis novae addantur. Sic legimus: 1, 29. 3 *πρῶτος μὲν — ἐπὶ δὲ αὐτῷ* 3, 15. 1. *τὸ μὲν — τὸ δὲ — καὶ — τὸ δὲ ἐπὶ τούτῳ* et similia 2, 26. 3. 7, 6. 1. 8, 45. 7. 1, 15. 2. Animadvertas vero **pares tantum** res *ἐπί* praepositione inter se conjungi solere; ut 7, 6. 1. urbes. 8, 38. 9 fluvii 1, 29. 3. sepulcra 3, 15. 1. heroa. 2, 36. 3. sacella 8, 45. 7 statuae in tympano positae, 1, 15. 2. picturae. Similiter de signis in throno Amyclaeo elaboratis legimus 3, 18. 13. *ἐπὶ τούτοις Ἡρακλέους πεποίηται τὰ ἔργα*, atque nomina deorum in hujus throni basi effictorum ib. 19. 4. vocabulis *ἐπὶ δὲ αὐτοῖς* inter se conjunguntur. Saepissime vero in enumerandis statuis victorum Olympicorum hoc sensu praepositio usurpata est: 6, 13. 13. *ἐπὶ τῷ Δίκωνι ἀνάκειται Ξενοφῶν.* ib. 6. 2. *ἐπὶ τούτοις Εὐκλῆς ἀνάκειται.* ib. 10. 6. *ἐπὶ τῷ Παντάρκει ἐστὶν ἅρμα*; deinde vero ipsa verba *ἑστηκέναι* et *κεῖσθαι* sic construuntur: 6, 7. 9. *ἐπὶ τοῖς υἱοῖς ἕστηκεν* —. ib. 10. 1. *ἐπὶ κατειλεγμένοις ἕστηκεν.* ib. 7. 2. *Διαγόρας ἐπὶ παισὶν κεῖται.* Etiamsi vero 1, 37. 1 homines enumerantur diversi: (*Ἀκέστιον ἡ Ξενοκλέους*) *πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν εἶδε δᾳδουχοῦντα, ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸν ἄνδρα, τελευτήσαντος δέ καὶ τούτου τὸν παῖδα*: tamen omnes mulieri sunt cognati. Quomodo vero haec res inter se sint pares, quae enumerantur 2, 19. 8, *τάφοι δέ εἰσιν ὁ μὲν* —, *τὸν δέ — ἐπὶ τούτοις ἐστὶν Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς καὶ βωμὸς Ὑετίου Διός* vix intellegi potest. Num sepulcra Apollinis statuam aram Jovis in eo habeamus paria, quia Pausaniae sunt res memorabiles, *θέας ἄξια*? minime placet. Itaque cum et 3, 13. 1. et 8, 35. 8. sacella quoque (*ἱερά*) in sepulcris posita esse legamus, nescio an signum aramque singulis sepulcris imposita esse dicam.

Cum vero *ἐπί* particula cum genetivo et dativo conjuncta res dicatur, quae sit in alterius rei area, eadem particula cum **accusativo** conjuncta res dicitur vel homo, qui in alterius rei aream tendit et ad eam accedit. Area vero peti potest et summa et laterum, atque si summa petitur, *ἐπί* praepositio vertitur *auf*; si laterum, vertitur *an*. De summa vero alicujus rei area cogitandum est, si *ἐπί* praepositio conjungitur cum verbis ponendi sim. 1, 27. 3. *ἀναθεῖσαι ἐπὶ κεφαλάς*, 7, 18. 12. *καταιθέασι ἐπὶ*

βωμόν 9, 34. 2. *ἐπιτιθεῖσα ἐπὶ βωμόν* 8, 42. 11. *τιθέασι ἐπὶ βωμόν.* Eodem modo construi possunt verba sistendi sidendi sim.; ut *ἀναβεβηκέναι ἐπὶ τὸ ἅρμα* 5, 11. 8. saepius; *καθίζουσιν ἐπὶ θρόνον* 9, 39. 13. Quae verba cum et ipsa significent motus potius finem quam motum ipsum, tempore perfecto significant quietem et omnino simillima sunt verbis quietem significantibus standi jacendi sim. Qua de re etiam cum *ἐπί* particula cum genetivo et dativo ea construi videmus:

1, 42. 2. *ἐπὶ λίθου καταθεῖναι.*	1, 42. 2. *ἐπὶ λίθον κατέθηκεν.*
5, 15. 10. *ἐπὶ βωμῶν τιθέασι.*	7, 22. 3. *ἐπὶ βωμὸν τίθησι.*
5, 27. 6. *ἐπὶ κεφαλῇ ἐπέθετο.*	1, 27. 3. *ἐπὶ κεφαλὰς ἀναθεῖσαι.*

In his igitur exemplis, cum res in summam alterius rei aream moveatur, *ἐπί* praepositio nostra *auf* est vertenda. Motum vero ipsum significant verba accedendi et adveniendi, quae sequens *ἐπί* particula nostra vertitur *an*, nisi verbo ipso notio ascendendi indicatur. Itaque 5, 20. 5. *ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἐπαναβαίνοντες* interpretamur *auf die Tempel*, 9, 28. 2. *ἐπί τι ἀναδραμεῖν δένδρον* *auf einen Baum*, quoniam ex addita particula *ἀνά* ascendentes homines intellegendos esse apparet. Omnibus vero aliis locis vernacula *an* adhibenda est, ut 6, 11. 6. *ἐπὶ τὴν εἰκόνα παρεγένετο.* 5, 19. 9. *ἐλαυνούσας ἐπὶ τοὺς πλύνους.* Nam quamvis constructiones *ἐπὶ τεῖχος* 10, 25. 4. *ἐπὶ ναῦν* 1, 23. 6. *ἐπὶ πλοῖα* 4, 35. 6. et 7. *ἐπὶ μνῆμα* 4, 22. 3. *ἐπὶ βωμὸν* 2, 24. 3. 7, 19. 8. multis aliis locis, vernacula particula *auf* interpretandae esse videantur, tamen si accuratius loca inspexeris, solam notionem accedendi, non ascendendi inesse intelleges.

Commemorasse sat est *ἐπί* particulam verba flectendi et vergendi sequi 2, 11. 1. *ἀποτραπεῖσιν ἐπὶ πελήν.* 8, 38. 7. *κίονες ὡς ἐπ' ἀνίσχοντα ἥλιον ἑστήκασιν* eandemque praepositionem usurpari, ut significetur spatium, per quod aliqua res pateat 1, 27. 2. *τὴν ἔλαιαν ὅσον ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις;* qua in constructione saepius leguntur adjectiva quaedam generis neutrius: 2, 15. 3. *ὕδωρ ἐπὶ πολὺ τῆς γῆς ἐξικνεῖται* 7, 24. 12. *τὸ ἄλσος ἐπὶ τοσοῦτον ἐπέσχεν ὁ κλέδων* 9, 30. 4. *ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἰσχύος.* 9, 30. 12.

ὕμνους ἐπὶ βραχύτατον πεποιημένους. 7, 24. 7. *σεισμοὶ ἐπὶ μήκιστον διικνοῦνται*, alii loci.

Ἐπί vero praepositionis in vocabulis compositis intellectus est idem, quem particulae cum casibus conjunctae inesse vidimus. Sic ii, qui equo curru navi vehuntur, his significantur verbis compositis: 6, 20. 16. *ἐπ οχεῖσθαι* (*ἐφ ἵππῳ*). 6, 18. 1. *ἅρματος ἐπιβέβηκεν.* 1, 9. 2. et multis aliis locis *τῆς νεὼς ἐπιβάς.* Capiti autem hominis saepius aliquid impositum esse dicitur verbis *ἐπικεῖσθαι ἐπεῖναι ἐπιτίθεσθαι* aut *ἐπὶ τῇ κεφαλῇ* aut *τῇ κεφαλῇ*, ut *στέφανος* 5, 22. 5. ib. 11. 1. 3, 26. 9. 1, 33. 3. 2, 17. 4. 4, 13. 2. 7, 20. 2. *κράνος* 5, 10. 6. 1, 24. 3. 5, 17. 2. 10, 26. 3. 2, 20. 8. alia. De rebus autem sacrificandi causa in ara positis invenimus *ἐπιτίθημι* 9, 34. 2. *ἐπιφέρειν* 9, 3. 7. *ἐπιφορεῖν* 5, 27. 6. ib. 15. 9., et saepissime vocabula cum *ἐπί* praepositione composita usurpantur de monumentis sepulcralibus *ἐφεστηκέναι* 8, 9. 5. ib. 11. 8. *ἐπικεῖσθαι* 2, 29. 9. *ἐπεῖναι* 3, 24. 10. 2, 18. 1. 5, 5. 5. 9, 40. 10. *ἐπίθημα* 7, 17. 8. 10, 34. 6. 2, 12. 5. 5, 5. 5. 7, 29. 8. 8, 4. 9. 9, 40. 10. 2, 2. 4. 1, 43. 8. 1, 2. 3. 9, 29. 9.; ceterisque locis, qui *ἐπίθημα* praebent, item res dicitur imposita ut 10, 30 6. petasus, 6, 19. 7. cistae legmen, aliis locis alia.

Contra *ἐπί* particula cum vocabulis composita *an* praepositione vertenda est in his: 9, 21. 1. *σημεῖον ἐπεῖναι λευκὸν* (*ἐπὶ πλευρᾷ*) 6, 3. 15. *τοὺς τοίχους ἐπαλείφειν.* 1, 35. 4. *γράμματα τῷ ἄνθει ἔπεστιν.* 9, 34. 2. *τὴν Μεδούσης κεφαλὴν τῷ χιτῶνι ἐπεῖναι*, quibus verbis similia sunt nomina *ἐπίγραμμα*, *ἐπίσημα* (2, 30. 6.) *ἐπίχρυσος*, *ἐπίχαλκος* (5, 12. 5. 6, 19. 4.). Accedunt verba tangendi: *ἐπιφραξάμενος* 7, 22. 3. *ἐφαπτόμενος* 9, 30. 2. *ἐπιψαύσας* 9, 31. 3. al. nec minus verba induendi, 8, 50. 1. *ἐπιτίθεσθαι*, 4, 13. 2. *ἐπιβαλεῖν*, 4, 18. 6. *ἐφελκυσάμενος.*

Intellectus deinde praepositionis cum verbis movendi propriis compositae, i. e. cum verbis accedendi et adveniendi, plane idem est atque particulae cum accusativo conjunctae: 8, 29. 2. *ταῖς ναυσὶ ἐπελθεῖν*, ib. 24. 11. *Ἀχελῷος ἐπάγει τὴν ἰλὺν ταῖς Ἐχινάσιν*, 9, 11, 2. *ἐπαφεῖσά οἱ τὸν λίθον* al. In quibus praepositionem vertendam esse *an* vel *nach*, non autem nostratium particulam *auf* locum habere elucet.

Singulare est verbum ἐφ ίστημι. Cum enim praesens tempus generis activi significet statuere, perfectum tempus stare: praesens medii, quod infra exponemus, interpretandum est: accedere, se conferre. Itaque praesens activi et perfectum significant quietem, praesens medii motum. Quare in illis temporibus ἐπί vertenda est *auf*, in hoc vero *an*. Quae num usu scriptoris probentur quaeramus. Atque ut incipiamus de perfecto, sine dubio homines et res insistentes intelleguntur: 2, 1. 3. τῷ ἅρματι Ἀμφιτρίτη ἐφέστηκε. 8, 9. 5. στήλη τῷ μνήματι ἐφέστηκεν, 8, 11. 8. κίων τῷ τάφῳ ἐφέστηκεν. Duo vero loci 7, 21. 4. Κόρεσος ἐφειστήκει τῇ θυσίᾳ, 3, 16. 10. ἡ ἱέρειά σφισιν ἐφέστηκε sc. adolescentibus, qui Spartae in honorem deae flagellantur, methaphorice potius sunt interpretandi; qui enim alicui rei praesunt, dicuntur esse ἐπί τινι, 6, 3. 7. ἐφεστηκέναι τρεῖς ἐπὶ τῷ δρόμῳ Ἑλλανοδίκαι ib. 7. 6. ἐπὶ ναυτικῷ 10, 22. 10. ἐπὶ στρατιᾷ ib. 28. 6. ἐπ' ἀναθήμασιν 8, 46. 5. ἐπὶ θαύμασιν 3, 6. 3. ἐπὶ ταῖς δυνάμεσιν. Hanc vero constructionem etiam de homine hominibus praefecto poni apparet ex locis 8, 10. 2. τοῖς ἐργαζομένοις. 10, 22. 2. αὐτοῖς (militibus). Quod si 7, 17. 6. verbis ἐφεστηκότα κακά et 9, 13. 9. κίνδυνος ἐφεστηκώς tempus futurum significatur, eadem metaphora Latini de tempore futuro utuntur verbo locali: imminere. Quaeritur autem, qui dativus sit cogitandus 2, 36. 2. ubi de templo diruto legitur θύραι οὐκ ἐφεστήκασιν. Cum enim dativus ναῷ ex praecedente substantivo ναός nullo modo intellegi possit, quoniam fores templo neque impositae sunt, neque — etiamsi ἐφεστήκασιν verbum, »astare« interpretemur — ei astant: ex ipsa forium notione de limine cogitare et verba τῷ οὐδῷ subaudire aptissimum mihi videtur. Simili enim modo locus, quem notio verbi postulat, omittitur 2, 7. 2. ἐποικοδομέω. ib. §. 4. ἐπιῤῥέω. 8, 13. 3. ἐπινέω. Praesens vero tempus activi eandem praebet significationem atque perfectum; 2, 7. 2. enim ad verba κίονας ἐφιστᾶσι dativum κρηπῖδι intellegendum esse ex praecedentibus λίθον ἐποικοδομήσαντες κρηπῖδα per se apparet. Praeterea autem praesens quoque per metaphoram de praefecto usurpatur 3, 6. 3. 10, 22. 2. Neque vero ex loco 9, 3. 7. γυναῖκα ἐφιστᾶσιν νυμφεύτριαν, quamquam Schubartus vertit: *stellen eine Frau als Brautführerin* d a z u, probari potest

praesens tempus *ἐφιστάναι* significare: rem statuere juxta rem. Cum enim praecedant verba *ἀναθέντες ἐπὶ ἅμαξαν* sc. *ἄγαλμα*, interpretari possumus: *stellen eine Frau darauf* sc. in currum; vel rectius locus intellegi mihi videtur, si hanc feminam ut sacerdotem Lacedaemoniorum 3, 16. 10, toti sacrificio praefectam esse censemus Eandem denique quam praesens activi et perfectum notionem praebet aoristus activi primus quem dicunt, qui de hominibus alicui rei praefectis legitur 3, 9. 6. 8, 10. 2. Cum vero haec verbi *ἐφίστημι* tempora significent quietem, praesenti medii tempore exprimitur motus. *Ἵσταμαι* enim non modo est: »me constituo«, sed etiam »me confero«, ut Thuc. 5, 104. *πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα* cf. Soph. Ant. 299. *Ἵστασθαι πρὸς αἰσχρὰ πράγματα* eademque est notio aoristi secundi quem dicunt activi, ut Hom. Il. 24. 169. *στῆ δὲ παρὰ Πριαμόν*. Itaque cum motus potius significetur, *ἐπί* praepositio in his temporibus verbi *ἐφίστημι* nostra *an* est vertenda. Sic enim in loco 1, 22. 6. *Ὀδυσσέα ταῖς πλυνούσαις ἐφιστάμενον* i. e. procedentem ad mulieres, recte Siebelisius vituperat Goldhagenum vertentem, *wie er bei den Weibern steht*. De Agdisti vero nuptiis interveniente legitur 7, 17. 12. *ἐφίσταται*, de numinibus barbaros in pugna terrentibus 1, 4. 4. *δείματα ἄνδρες αὐτοῖς (βαρβάροις) ἐφίσταντο*. Aoristus vero usurpatur de apparitione daemonis 1, 21. 1, ib. §. 2. 9, 23. 3. ib. §. 4. 4, 26. 6: *ἄνδρα νύκτωρ οἱ (Ἐπαμεινώνδᾳ) ἐπιστάντα*, in quibus quantopere *ἐπιστῆναι* verbum sit movendi, ex ejusdem capitis 4. 26. §. 8. discas, in qua de eadem re legitur: *τοῦτον τὸν ἐπελθόντα τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ καθεύδοντι*. Similia vero sunt exempla aoristi *ἐπιστῆναι* 6, 9. 6: *διδασκαλείῳ ἐπιστάς*, quae Schubartus vertit: *stellte sich an eine Schule;* 8, 34. 4. *ἐπιστῆναι κατήγορον*, i. e. ad judicium adire accusandi causa.

Jam vero *ἐπί* praepositionis totum usum localem pertractavimus eamque aut *auf* aut *an* vertendam esse vidimus. Utra vero ratione interpretemur, in iis potissimum locis explicandis plurimum refert, qui sunt de artificiis; eadem enim particula Graeca *ἐπί*, si nostra *auf* interpretanda est, statua alicui rei imposita, sin *an* vertenda est, opus ex alicujus rei area elaboratum significatur. Qua de re nunc in dissertationis particula altera quaeramus, qua

ratione signa rotunda, qua elevata *ἐπί* particula significentur. In describendis autem artificiis, cum eas tantum *ἐπί* particulae constructiones, quae quietem significent, usurpari appareat, *ἐπί* cum genetivo tantum et dativo conjuncta et cum vocabulis solis quietem significantibus composita reperitur. Quibus in constructionibus cum *ἐπί* praepositionem saepius vernacula *auf* verti viderimus quam *an*, si dubium est, illam *auf* praeferemus et de statua potius quam de effigie elevata cogitabimus. Credideris vero singulis illis constructionibus singula artificiorum genera exprimi et altera opus potius significari rotundum, altera elaboratum; sed quamquam dativus in singularibus quibusdam formulis est usitatior, ut *ἐπὶ βωμῷ*, *ἐπὶ ὁδῷ*, *ἐπὶ θαλάσσῃ*, cett., ambos tamen casus in iis certe constructionibus, quibus res artificiis similes describuntur, pari modo cum *ἐπί* particula conjungi vidimus, et ipsa signa et rotunda et elevata plane eadem ratione saepius *ἐπί* particula cum dativo quam cum genetivo conjuncta significantur. Eandem autem inesse significationem particulae compositae atque cum casibus conjunctae per se apparet omnesque *ἐπί* praepositionis constructiones de uno artificiorum genere adhiberi clarissime ex duabus paragraphis capitis XLVIII. libri VIII. elucet, ubi legimus §. 8: *ἐπὶ στήλης — καὶ ἐπὶ ἑτέρᾳ στήλῃ ἐστὶν εἰργασμένος* et §. 1: *στήλαις ἐπειργασμένοι τῇ μὲν — ἐπὶ δὲ τῇ ἑτέρᾳ στήλῃ πεποιημένος ἐστί*. Quae cum ita sint, constructione plane neglecta primum de iis locis agemus, quibus signa rotunda describi certe vel scimus vel demonstrare possumus, deinde de iis, quibus elevata describi videmus. Qua ratione postquam intellexerimus quomodo statuae significari soleant, quomodo effigies elevatae, nonnullos locos singulos difficiles et dubios pertractabimus. Jam videamus, qua ratione signa rotunda a Pausania describantur.

Certissime de opere agitur rotundo 9, 40. 10. *ἐπίθημα ἔπεστιν αὐτῷ (πολυανδρίῳ) λέων.* Caput enim ipsius leonis, quem in honorem civium in pugna Chaeronensi interfectorum Thebani constituerunt, nostris quidem temporibus in illa regione est repertum.[20])

[20]) Welcker, Alte Denkmäler 5. p. 62 ff. Bursian, Geographie von Griechenland I. p. 212.

Deinde vero 5, 11. 2. *τῶν ποδῶν δὲ ἑκατέρῳ τῶν ἔμπροσθεν παῖδες ἐπίκεινται Θηβαίων ὑπὸ σφίγγων ἡρπασμένοι*, Sphinges throni Olympici pedibus impositas ancones sustinuisse apparet ex nummo illo notissimo Eliaco, in quo Jupiter Olympicus descriptus est, itemque si illum nummum conferimus, figuras regulis, quas *κάνονας* Pausanias dicit, impositas fuisse verisimile est, de quibus legimus 5, 11. 3. *τῷ μὲν δὴ κατ' εὐθὺ τῆς ἐσόδου κανόνι ἑπτά ἐστιν ἀγάλματα ἐπ' αὐτῷ.* §. 4. *ἐπὶ δὲ τῶν κανόνων τοῖς λοιποῖς ὁ λόγος ἐστὶν κτε.* Certo vero demonstrari potest haec opera esse rotunda; Pausanias enim §. 3. signa dicit esse septem, §. 4. vero numerat undetriginta, cum nunquam, quantum nos quidem legimus, elevatas numeret figuras. In his igitur cum aut opus ipsum jam cognoverimus aut ejus certam imaginem, de signis rotundis agi scimus, itemque concludere licet, si opera plane similia saepius videmus, ut 1, 24. 5. *μέσῳ ἐπίκειταί οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών*[21]) 6, 23. 3. *πεποίηται δὲ ἀλεκτρύων ἐπὶ τῷ κράνει* et 9, 35. 3. *τρεῖς ἐποίησαν ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ Χάριτας.* De statua vero imposita agi ex re ipsa apparet 3, 24. 10. *ἀνδριὰς ἐπὶ τῷ μνήματι ἔπεστιν*, 1, 15. 1. *ἔπεστιν οἱ (πύλῃ) τρόπαιον*, 2, 3. 2. *ἐπ' αὐτῶν (προπυλαίων) ἅρματα ἐπίχρυσα* sc. *ἐστίν.* Aliis vero locis statuas esse intellegendas ex iis apparet, quae Pausanias de illis signis narrat, ut 2, 2. 8. *Ποσειδῶν ἐπ' αὐτῇ (κρήνῃ) χαλκοῦς·* nam pergit scriptor: *καὶ δελφὶς ὑπὸ τοῖς ποσίν ἐστιν τοῦ Ποσειδῶνος ἀφιεί̕ς ὕδωρ* cf. 2, 3. 5. *ὁ Βελλεροφόντης ἔπεστι* (sc. *κρήνῃ*) *καὶ τὸ ὕδωρ οἱ δι' ὁπλῆς ῥεῖ τοῦ Πηγασοῦ.* Itemque in describendo hippodromo Olympico legimus 5, 20. 10. *δελφὶς δὲ ἐπὶ κάνονος πεποίηται χαλκοῦς* §. 12 *ἀετὸς ἐπὶ τῷ βωμῷ χαλκοῦς κεῖται*, de quibus Pausanias enarrat §. 12. *ἀνακινηθέντος (τοῦ ἐν τῷ βωμῷ μηχανήματος) ὁ μὲν ἐς τὸ ἄνω πεποίηται πηδᾶν ὁ ἀετὸς, ὁ δελφὶς ἐς ἔδαφος πίπτει.* Deinde statuas cogitandas esse certe scimus, cum ea opera, quae *ἐπί* praepositione describantur, cum statuis conjungantur, ut 5, 25. 8. *ἐπὶ ἑτέρου βάθρου πεποίηται Νέστωρ*, 6, 24. 7. (*ἄγαλμα*) *ἕστηκε ἐπὶ βάθρου.* 2, 17. 5. *ἔστιν ἐπὶ κίονος ἄγαλμα.* Neque vero fundamento (*βάθρον*), cui signum nullum est impositum, opera

[21]) Overbeck, Plastik I. 225.

insculpta esse possunt; qua de re statuas intellegimus his locis: 5, 22. 2. ubi de uno opere legimus: *λίθου βάθρον ἐστί, κύκλος ἥμισυς καὶ ἀγάλματα ἐπ᾽ αὐτῷ — ταῦτα ἐπὶ μέσῳ τῷ βάθρῳ ὅ τι Ἀχιλλεὺς καὶ ὁ Μέμνων ἐπὶ ἑκατέρῳ τοῦ βάθρου τῷ πέρατι ἑκατερός.* Quae signa, si basi insculpta cogitaremus, jam nihil esset, quod ei insisteret. Ceteri vero hujusmodi sunt loci 5, 22. 1. ib. 23. 7. ib. 24. 1. 6, 5. 1. 2, 1. 8. similisque est locus 6, 25. 1. *ἐπὶ τῇ κρηπῖδι ἄγαλμα Ἀφροδίτης χαλκοῦν.* Porro constructionem *ἐπὶ βάθρῳ* et sim. de statuis fundamento impositis adhiberi apparet ex eo, quod statuae ipsae jam non adsunt solaeque bases relinquuntur, cum signa ex basis area elaborata asportari non possint: 2, 24. 3. *τὸ ἄγαλμα οὐκέτι ἑστηκὸς ἦν ἐπὶ τῷ βάθρῳ* cf. 8, 30. 5. ib. 38. 5. Atque hujusmodi est locus 8, 38. 7. *ἀετοὶ δὲ ἐπ᾽ αὐτοῖς (κίοσιν) ἐπίχρυσοι τά γε ἔτι παλαιότερα ἐπεποίηντο.* Pausaniae enim temporibus aquilas jam non in illis columnis fuisse apparet ex tempore plusquamperfecto *ἐπεποίηντο*; in aliis enim verbi *πεποιῆσθαι* exemplis perfectum semper usurpatur praeter unum locum 10, 15. 5. *καρπὸς ἐπὶ φοίνικι ἐπεποίητο* (in arbore ab artifice exstructa); quem fructum cum a corvis jam pridem esse disfractum scriptor tradat, hoc quoque loco plusquamperfecto rem deletam vel sublatam dici consentaneum est. Non minus autem aperte de statuis agitur, si materies dicitur, e qua signa sunt facta, ut 6, 20. 19. *ἐπὶ δὲ νύσσης μιᾶς Ἱπποδαμείας ἐστὶν εἰκὼν χαλκῆ.* Nam si opus elevatum intellegendum esset, sic certe Pausanias scripsisset: *ἐπὶ νύσσης μιᾶς χαλκῆς ἐστιν εἰκών κτε.* neque enim imago esset aenea, sed pila. Similes vero sunt loci 1, 43. 8. 8, 4. 9. ib. 42. 2. Porro 5, 24. 5. *κίων οὐχ ὑψηλὸς καὶ ἄγαλμα Διός ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῷ μικρόν* statua dicitur; de signo enim elevato dici vix poterat et *κίων οὐχ ὑψηλός* et *ἄγαλμα μικρόν*, sed simulacrum ipsum dicere parvum satis erat. Alio vero loco 1, 2. 3. (*τάφος*) *ἐπίθημα ἔχων στρατιώτην ἵππῳ παρεστηκότα*, cum sequantur verba *καὶ στρατιώτην καὶ ἵππον ἐποίησε Πραξιτέλης:* et miles et equus opera sunt rotunda, cum si in pila fuissent elevata, ambas figuras ab eodem artifice factas esse dicere ineptum erat; eademque de causa signa intellegimus rotunda 5, 25. 7. *ἐπὶ δὲ αὐτοῦ τείχους καὶ Ἡρακλέους δύο εἰσὶν ἀνδριάντες,*

cum et Herculem alterum et leonem Nemeaeum, quocum dimicat, unus homo dedicasse narretur. Sed alia quoque de causa hoc loco statuas dici scimus; substantiva enim *ἄγαλμα* et *ἀνδριάς* de operibus quidem elevatis usurpari recte Siebelisius demonstravit,[22]) neque vero ullum inveni locum, in quo *ἄγαλμα* vel *ἀνδριάς* vocabulum hoc sensu adhibeatur, nisi quo verbo vel substantivo adjecto signa elevata cogitanda esse diserte dicantur. Itaque 1, 3. 1. *ταύτης (στόας) ἔπεστιν τῷ κεράμῳ ἀγάλματα* signa rotunda dici censeo et ea cum Schubarto[23]) acroteria tecti esse interpretor, cum *κέραμος* vocabulo totum tectum saepius significetur 4, 29. 5. 5, 10. 3. ib. 20. 4; itemque statuas intellego 5, 26. 1. *ἄγαλμα τῆς Νίκης ἐπὶ τῷ κίονι ἀνέθεσαν* et 1. 18. 8. *κεῖται ἐπὶ κίονος Ἰσοκράτους ἀνδριάς,* quam statuam Plutarchus vit. X. orat. Isocr. 41. addita materia *εἰκόνα χαλκῆν ἐπὶ κίονος* dicit.

Sed etiam ex verbis cum *ἐπί* particula conjunctis de statua agi concludi potest *κεῖσθαι ἑστάναι* et ex substantivo verbali *ἐπίθημα. κεῖσθαι* enim verbo rem impositam tantum significari priore in parte exposuimus et opera rotunda describi jam vidimus 6, 20. 12. 5, 11. 2. 1, 24. 5. Quae cum ita sint, 5, 25. 5. *κεῖνται ἐπὶ τοῦ τείχους οὗτοι* (sc. chorus puerorum Agrigentinorum), quamquam Amasaeus vertit: adhaerent statuae muris, pueros muro institisse cum Schubarto facimus.[24]) Eadem vero quae verbo *κεῖσθαι* vis verbo inest *ἑστάναι.* Qua de re, cum eo 2, 24. 3. 8, 30. 5. 6, 24. 7. opera rotunda significari viderimus, ceteris quoque locis illud verbum praebentibus statuas intellegamus, ut 10, 38. 6. *ἀγάλματα δὲ ἄλλα τε ἐπὶ τοῦ θριγκοῦ καὶ γυναικὸς εἰκών (Νυκτὸς) ἕστηκε.* Substantivo enim *θριγκός*, quamvis in aliorum libris corona muri saepius significetur, totus tamen murus intellegi potest[25]) et a Nostro semper intellegi videtur 1, 42. 7. 2, 15. 3. ib. 35. 10. 5, 13. 1. 8, 31. 5; muros vero ipsis aris esse circumdatos

---

[22]) in praefatione ad editionis suae tomum I. pag. XLIV. et in libello scholastico gymnasii Budissini 1818.

[23]) in adnotatione ad versionem.

[24]) cf. E. Curtius. Peloponnes II. 68. Rathgeber, Hallesche Encycl. Olympia p. 138. Brunn Künstlergesch. I. 125.

[25]) O. Müller, Handbuch der Archäol.^{3} §. 280.

dicit Schoemannns[26]) et similia vides in Pausaniae locis modo commemoratis. Itaque *θριγκόν* murum esse vel maceriam censeo apud aram loco altiore exstructam (*ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ*)[27]); quam interpretationem probat Amasaeus, qui »septnm« vertit et Urlichsius, qni praebet *Umzäunung* (Skopas. pag. 233.). Noctis igitur statua muro erat imposita; neqne enim contra morem fnisse statuas muris imponere vidimus 5. 25. 5 et 7, et verbis *ἐπὶ θριγκοῦ* hunc sensum luesse posse ex loco elncet hnic simillimo: 1, 42. 7. *πεφύκασι ἐπ' αὐτῷ* (*θριγκῷ*) *καὶ ἐλαίαι*, quo oleae in ipso muro crescere dicuntur. Deinde 2, 1. 7. *τῷ ναῷ ἐφεστήκασιν Τρίτωνες χαλκοῖ* cum E. Curtio[28]) Tritones tecti fastigio acroteriorum loco fuisse impositos interpretamur, quocum loco conferas similem 1, 20. 1. *σφίσιν* (*ναοῖς*) *ἐφεστήκασιν τρίποδες*, ubi tripodes Atheuis in vico et ipso Tripodes nominato templis impositi esse dicuntur, quorum unum, monumentum Lysicratis quod dicunt, aetatem tulit. Noli vero respondere leones Mycenaeos, qnos ex plano elaboratos essc nostris oculis videmus, eodem significari verbo *ἐφεστηκέναι* 2, 15. 5. *λέοντες ἐφεστήκασιν πυλῇ*. Nam hoc quoque loco verbo *ἐφεστηκέναι* fundamentum dicitur signi elevati, non area, ex qua signum elevatum est. Itaque leones, quorum fundamentum porta dicitur, ex muro portae imposito elaborati esse possunt, Tritones vero, qnorum fundamentum templum dicitur, cum supra templum nulla sit res, ex qua sint elaborati, statuas esse uecesse est.

Substantivo denique *ἐπίθημα* saeplus statuas dici vidimus 1, 2. 3. ib. 43. 8. 8, 4. 9. ib. 42. 2. Omnino vero hoc vocabulo semper res dicuntur impositae, non adhaerentes, nt pilae sepulcris impositae 7, 17. 8. 10, 34, 6. 2, 12. 5. vel petasus 10, 30. 6. vel cistae tegmen 6, 9. 7. vel tympanum pilis impositum 2, 7. 2. vel urna 9, 30. 7. 5, 11. 9. vel vas urnae certe simile 8, 15, 3. Qua de causa etiam ceteris in locis, qni *ἐπίθημα* praebent, res rebus impositas, i. e. statuas intellegamns. Dicuntur vero praeter locos jam commemoratos *ἐπιθήματα* esse hae res: 2, 2. 4. *λέαινα* 5, 5.

---

26) griech. Alterthümer II. 173.

27) cf. 6, 21. 3. *ὑπὲρ τοῦ μνήματος ἐρείπια οἰκοδομημάτων*.

28) Pelop. II. 510. cf. Vitruv. 1, 6. 4.

5. *ἀνὴρ λύραν ἔχων*. 7, 2. 9. *ἀνὴρ ὡπλισμένος* 1, 43. 8. *Κόροιβος φονεύων τὴν Ποίνην*, 8, 4. 9. *γυνὴ γυμνή*. 8, 42. 2. *δάκτυλος*.

Hic locis tractatis, qui sunt de signis rotundis, transeamus ad signa elevata. De effigie elevata cogitandum esse clarissime apparet, si *ἐπί* praepositio conjungitur cum substantivo *τύπος*[29]) 8, 31. 1. *ἐπειργασμένοι ἐπὶ τύπων* ib. 37. 1. *λίθου λευκοῦ τύποι πεποιημένοι, καὶ τῷ μὲν εἰσιν ἐπειργασμένοι — δευτέρῳ δε — Νύμφαι δέ εἰσι ἐπὶ τῷ (τρίτῳ) τύπῳ, ἐπὶ δὲ τῷ τετάρτῳ Πολύβιος*. cf. 6, 23. 5. 9, 11. 3. ib. §. 6; itemque aperte effigies elevata cogitanda est, si materies sola dicitur, in qua i. e. in cujus area, (*ἐπί τινι*) signum sit effictum, ut 9, 40. 3. *ὁ τῆς Ἀριάδνης χόρος ἐπειργασμένος ἐστὶν ἐπὶ λίθου λευκοῦ;* quidquid enim de hoc choro dubitari potest,[30]) id quidem certum esse mihi videtur Pausaniam de effigie e marmoris area elevata dicere. Porro hujusmodi est locus 2, 20. 3. *ἐπειργασμένοι λίθῳ Κλέοβις καὶ Βίτων*[31]) et simile substantivum atque *λίθῳ* videtur esse cogitandum 2, 29. 7. *ἐπειργασμένοι δέ εἰσιν κατὰ τὴν ἔσοδον κτε.* (cf. 8, 31. 1. *ἐπειργασμένοι ἐπὶ τύπων πρὸ τῆς ἐσόδου*), similisque est locus 8, 14. 8. *ἡ ἐπὶ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγίς*. Alia autem materies dicitur 3, 17. 3. *ἐπείργασται τῷ χαλκῷ πολλά κτε*. et eadem in paragrapho iterum legitur *ἐπείργασται* sc. *τῷ χαλκῷ*, ubi de pariete agitur ferrea[32]) templi, quod Minervae Gitiadas Spartae fecerat. Porro ea opera sunt elevata, quae in fundamento (*ἐπὶ βάθρῳ*) esse dicuntur, cui statuam impositam esse legimus, ut 1, 24. 7. *ἔστι τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπειργασμένη Πανδώρας γένεσις* eademque ratione verbum *ἐπειργάσθαι* adhibetur 2, 1. 8. ib. §. 9. 2, 3. 2. 5, 11. 8. 8, 37. 6. Accedit 1, 33. 7. *ὁπόσα ἐπὶ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματός ἐστιν εἰργασμένα* et §. 8 in enumerandis his signis *ἑξῆς ἐπὶ βάθρῳ καὶ Ἔποχός ἐστιν;* deinde 1, 17. 2. invenitur *πεποίηται ὁ πόλεμος οὗτος τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ* cf. 8, 9. 1. denique 5, 11. 8.

---

[29]) Welcker, Alte Denkm. I. p. 13. „Dass *τύποι* Relief bedeute, zeigt Visconti im 4. Bande des Mus. Pio-Clement. Vorrede pag. 5. ss."

[30]) Overbeck, Plastik 1. 35.

[31]) E. Curtius, Pelop. II. 356.

[32]) E. Curtius, Pelop. II. 227. Ross, Theseion pg. 6.

ἐπὶ βάθρου τοῦ τὸν θρόνον ἀνέχοντος, ἐπὶ τούτου τοῦ βάθρου ποιήματά ἐστιν. His vero constructionibus plane eae respondent, quibus aliquid signum in ara (*ἐπὶ βωμῷ*) esse dicitur; neque enim arae statuas impositas, sed signa esse insculpta per se apparet, ut 3, 19. 3. *ἐπείργασται τῷ βωμῷ ἀγάλματα*, de qua ara ib. §. 4. pergitur: *πεποίηται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ* eademque verba §. 5 leguntur; similes sunt loci: 2, 17. 6. *βωμὸς ἔχων ἐπειργασμένον γάμον* 8, 47. 3. *εἰργασμέναι ἐπὶ βωμῷ Νύμφαι.* Neque vero de figuris impositis cogitare possumus. 8, 31. 3. *ἐπειργασμέναι τε ἐπ' αὐτῇ (τραπέζῃ) δυό τέ εἰσιν Ὧραι* et §. 4. *πεποίηνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ Νύμφαι.* Deinde duo singularia artificia operibus elevatis ornata esse scimus thronum Amyclaeum et Cypseli cistam. Atque de hac legimus 5, 17. 5. *ζῴδια δὲ ἐλεφάντος ἐπ' αὐτῆς (λάρνακος), τὰ δὲ χρυσοῦ, τὰ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ἐστιν εἰργασμένα τῆς κέδρου* §. 6 *τοσάδε ἐπὶ τῆς λάρνακος* ib. *ἐπὶ τῇ λάρνακι* eademque verba 18, 1. 7. 8. 19, 1. 2; deinde §. 7 *τὰ ἐπειργασμένα* eademque est notio 18, 6. *στρατιωτικὰ ἐπὶ τῇ τρίτῃ χώρᾳ τῆς λάρνακος.* De throno vero Amyclaeo inveniuntur 3, 18. 10 *τὰ ἐπειργασμένα* ib. *ἐπείργασται* idemque §. 12, et §. 11 *καὶ Φαιάκων χορός ἐστιν ἐπὶ τῷ θρόνῳ.* Ex analogia vero horum locorum etiam 2, 27. 2. *τῷ θρόνῳ δὲ ἡρώων ἐπειργασμένα Ἀργείων ἐστὶν ἔργα* figuras heroum elevatas esse censeo; praesertim cum accedat, quod substantiva abstracta quae dicimus, ut *ἔργα* sim. de caelaturis tantum adhiberi soleant, cum de signis rotundis ipsorum hominum nomina dicantur; cf. *μονομαχία* 3, 18. 12. *πόλεμος* 1, 17. 12. *μάχη* 1, 28. 2. *γένεσις* 1, 24. 7. *γάμος* 2, 17. 6. al. Etiam ea, quae in scutis caelata sunt, saepe *ἐπὶ* praepositione significantur, ut 10, 34. 8. *ἐπείργασται τῇ ἀσπίδι μίμημα τῶν Ἀθήνησι ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τῆς καλουμένης Παρθένου* cf. 1, 28 2. 8, 16. 3. 9, 29. 7. eademque est notio, si de clipeorum insignibus legimus 5. 10, 4. *ἀσπὶς χρυσῆ ἔχουσα Μέδουσαν ἐπειργασμένην* cf. 8, 11, 8. 10, 26. 3. vel 5, 19. 4. *Φόβος ἐπὶ τῇ ἀσπίδι ἔπεστιν* 4, 28. 2. *σημεῖα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν Λακωνικὰ ἔχοντες;* itemque per se apparet quomodo hi loci sint interpretandi: 2, 30. 6. *νόμισμα ἐπίσημα ἔχει τρίαιναν καὶ πρόσωπον* 2, 17. 4. *στέφανος Χάριτας ἔχων καὶ Ὥρας ἐπειργασμένας* 1, 33. 3.

Αἰθίοπες ἐπὶ τῇ φιάλῃ (quam tenet Nemesis Rhamnusia) *πεποίηνται*. Loco autem 5, 10. 4 *ἀσπὶς χρυσῆ ἔχουσα Μέδουσαν ἐπειργασμένην* similis est 5, 12. 4. *ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γόργω* (in muro meridionali arcis Athenarum), quocum iterum conferas locum 9, 34. 2. *τῷ χιτῶνι δὲ τῆς θεοῦ τὴν Μεδούσης ἐπεῖναι τῆς Γοργόνος κεφαλήν*. Quin etiam et aves, quae in Memnonis chlamyde acu sunt pictae, particula *ἐπί* una quidem cum *ἐν* praepositione significantur 10, 31. 6. *ἐν δὲ τοῦ Μέμνονος τῇ χλαμύδι καὶ ὄρνιθές εἰσιν ἐπειργασμέναι*, quoniam illae aves quoque chlamydi sunt affixae atque ex ea elevatae, et eodem verbo *ἐπειργάσθαι* una cum *κατά* praepositione 1, 24. 5. *γρῦπες καθ' ἑκάτερον τοῦ κράνους ἐπειργασμένοι εἰσίν* gryphes significantur, quos, quamquam cassidi adhaerebant, paene rotundos[33]) fuisse verisimillimum est. Quamvis vero fructus sit plane rotundus neque arbori sit impositus, tamen cum ei adhaereat, *ἐπί* particula locum habet 10, 15. 5. *καρπὸς ἐπὶ τῷ φοίνικι ἐπεποίητο* et res ex altera re pendentes *ἐπί* particula dicuntur 10, 19. 4. *ὅπλα ἐπὶ τῶν ἐπιστυλίων χρυσᾶ*. 1, 21. 3. *ἐπὶ δὲ τοῦ νοτίου καλουμένου τείχους, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γόργονος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλή*. Utrum vero 2, 25. 7. *οἰκοδόμημα πυραμίδι μάλιστα εἰκασμένον ἔχει ἀσπίδας σχῆμα Ἀργολικὰς ἐπειργασμένας*, clipei dicantur ipsi affixi an in area aedificii effecti, dijudicare me non posse concedo.

Saepissimo vero res dicuntur esse *ἐπὶ στήλῃ*. Quae pilis insculptae potius videntur esse quam impositae. Primum enim *στῆλαι* non rotundae sunt columnae, quibus templorum tecta sustineri videmus, sed laminae planae ac tenues per se statutae. Qua de re iis opus insculpi aptius est quam imponi. Etiamsi vero hominis statua pilae imposita cogitari possit, fundamentum, cui equus insisteret, *βάθρον* potius esset quam *στήλη*. Equi vero et equites *ἐπὶ στήλῃ* esse dicuntur: 6, 13. 10. *ὅ τε ἵππος ἐπὶ στήλῃ πεποιημένος* 8, 9. 5. ib. 48. 1. Deinde vero 8, 53. 10. legimus *ἐπειργασμένην ἐς στήλην τὴν μάχην*, quo in loco ei causae non multum tribuam, quod *ἐς* particula de effigie in plano tantum

[33]) Overbeck, Plastik I. 225 „in hohem Relief".

efficta intellegi possit, quia fortasse cum Kaysero[34]) ex analogia ceterorum locorum *στήλῃ* scribendum est; sed substantivum abstractum *μάχην* de effigie tantum elevata usurpari jam commemoravimus. Porro autem ex verbis cum substantivi *στήλη* conjunctis effigies ex pila esse elevatas saepius apparet. Sic enim duobus locis 6, 14. 9. 8, 48. 4. verbum legimus *ἐκτετυπῶσθαι*, quo signum elevatum dici ex notione et substantivi *τύπος* et *ἐκ* praepositionis intellegas. Saepissime vero verbum usurpatur *ἐπειργάσθαι* 2, 20. 8. *στήλῃ* cf. 4, 32. 2. 7, 17. 8. 8, 9. 1. ib. 48. 1; *ἐπὶ στήλῃ* 8, 9. 5. ib. 30. 8. *ἐν στήλῃ* 1, 44. 5. *ἐς στήλην* 8, 53. 10; deinde *εἰργάσθαι* 8, 48. 8. et *ἐπὶ στήλης* et *ἐπὶ στήλῃ*. Quibus verbis saepissime signa elevata, nunquam imposita significari vidimus; id quod consentaneum est, cum res quae *ἐπ ειργασμένη* dicatur, in a r e a alicujus rei sit efficta, i. e. effigies sit elevata. Conferas vero hujus verbi similem usum 3, 21. 4. ubi lapides c a e d i dicuntur. Alio vero loco 8, 48. 1. verbum legitur *πεποιῆσθαι*, quod verbo *εἰργάσθαι* simile esse cum per se apparet, tum ex hoc ipso loco 8, 48. 1: *στήλαις ἐπειργασμένοι τῇ μὲν —, ἐπὶ δὲ ἑτέρᾳ στήλῃ πεποιημένος ἐστίν.* Itaque iis locis, in quibus verba *ἐπειργάσθαι, εἰργάσθαι, πεποιῆσθαι* adhibentur, opera dici elevata verisimillimum est. Verba autem 8, 11. 6. *εἰκόνα ἐπὶ στήλης ἀναθέντες* de eadem effigie legimus, de qua 8, 9. 5. *ἐπειργάσθαι* verbum inveniatur. Quae cum ita sint, reliquos quoque locos de signis elevatis interpretari liceat: 2, 25. 5. *εἰκὼν ἐπὶ στήλῃ τοῦ Λύρκου.* 3, 18. 7. *ἀνὴρ πένταθλός ἐστιν ἐπὶ στήλης.*

Eadem vero ratione, qua *ἐπὶ* particula de signis elevatis usurpatur, aurum vel aes operibus obductum et illitum significatur, ut 2, 13. 6. *χρυσῷ τὸ ἄγαλμα ἐπικοσμοῦντες.* 9, 12. 4. *ξόλον χαλκῷ ἐπικοσμήσαντα*, eodem deinde sensu 10, 15. 4. legitur *ὁ ἐπὶ ἀγάλμασι χρυσός* et saepissime adjectivum usurpatur *ἐπίχρυσος*, rarius *ἐπίχαλκος* (5, 12. 5. 6, 19. 4). Idem autem verbum *ἐπικοσμεῖν* de colore obducto usurpatur 9, 32. 1 *ἄγαλμα γραφῇ ἐπικεκοσμημένον* et similia leguntur 7, 26. 11. *ὑπὸ κινναβάρεως τὸ*

[34]) Zeitschr. f. Alterthw. 1850. p. 391.

ἄγαλμα ἐπηνθισμένον 8, 39. 6. *ἐπαλήλιπται κιννάβαρι.* De picturis autem ipsum verbum *γράφειν* invenitur 1, 3. 3. *ἐπὶ τῷ τοίχῳ Θήσευς ἐστὶ γεγραμμένος,* saepius *γραφαί εἰσιν,* ut *ἐπὶ τῶν τοίχων* 9, 4. 2. 5, 21. 17. 10, 38. 9. *ἐπὶ τοῦ τάφου* 7, 22. 6. vel *ζῷα ἐπ' αὐτοῦ (θρόνου) γραφῇ μεμιμημένα* 5, 11. 2.[35])

Denique *ἐπί* particulam usurpari consentaneum est de inscriptionibus. Quae *ἐπί* particula cum genetivo conjuncta significantur octies, cum dativo conjuncta innumerabilibus locis. Atque genetivus locum tantum indicat, in quo sit inscriptio, ut 5, 27. 12. *ἐλεγεῖον δὲ ἐπ' αὐτὸ (ἀνάθημα) γεγραμμένον ἐστὶν ἐπὶ τοῦ μήρου,* ubi res, ad quam inscriptio pertinet, ipsa significatur verbis *ἐπ' αὐτό.* Conferas 5, 24. 11. *ἔστι δὲ πρὸ τῶν ποδῶν* (simulacri) *πινάκιον χαλκοῦν, ἐπιγέγραπται δὲ ἐλεγεῖον ἐπ' αὐτοῦ.* 5, 15. 11. *γέγραπται ἐπ' αὐτῶν βωμῶν, ὅσα τε ἐπυνθάνοντο οἱ Ἠλεῖοι* 8, 30. 5. *ἐλεγεῖον γεγραμμένον ἐπὶ ἑνὸς τῶν βάθρων.* 10, 12. 6. *ἐλεγεῖον ἐπὶ στήλης.* 6, 19. 8. *γράμματα ἐπὶ τοῦ πόλου.* Dativus quoque interdum locum tantum inscriptionis indicat, ut 1, 2. 4. *ἐπὶ τῷ τοίχῳ γέγραπται* sc. statuas ante parietem positas esse Praxitelis. 5, 20. 1. *τὰ γράμματα ἐπὶ τῷ δίσκῳ περίεισιν* cf. 2, 37. 3. 5, 25. 10. ib. 17. 6. 7, 25. 10. 8, 14. 6. al.; saepe vero rem significat, ad quam inscriptio pertinet, loco plane neglecto, ut 8, 30 8. *ἀνὴρ ἐπειργασμένος ἐπὶ στήλῃ Πολύβιος γέγραπται δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτῷ λέγοντα;* inscriptiones enim locum habent in columna *ἐπὶ στήλῃ, ἐπ' αὐτῇ,* sed pertinent ad Polybium *ἐπ' αὐτῷ* cf. 7, 17. 6. 6, 13. 10; quantopere vero in talibus vis praepositionis sit methaphorica, ex verbis apparet adjectis *ἐπίγραμμα ἐπί τινι λέγει φησί ἐπιλέγει μαρτυρεῖ δηλοῖ μηνύει* sim. Qua de causa etiam inscriptiones figuris vel pictis vel elevatis adscriptae *ἐπί* praepositione dici possunt, ut 10, 31. 9. 8, 11. 3. 5, 17. 11. ib. 18. 4. Atque cum de eadem inscriptione legamus 8, 49. 1. *ἐφ' ἑνὶ τῶν βάθρων* ib. 52. 6. *ἐπὶ τῷ Φιλοποίμενι,* inscriptiones, quae *ἐπί τινι* esse dicantur, in basi esse solere apparet cf. 5, 21. 8. 4, 1. 7. 5, 26. 5. 6, 1. 4. cett. Itaque

---

[35]) G. Hermannus, de veterum Graecorum picturis parietum opuscul. V. p. 225. R. Rochette, Lettres archéol. p. 21.—24.

ne ex his quidem verbis 3, 8. 2. *τὸ ἐπὶ τῷ τρίποδι* sc. *ἐπίγραμμα* (de tripode Plataeensi agitur) concludi potest, in ipso tripode inscriptionem fuisse.[36])

Postquam didicimus, quibus rationibus signa rotunda a Pausania describantur, quibus elevata et quae iis sint similia, picturae, inscriptiones: jam nonnullos locos dubios explicare conabimur, quos eo pertractabimus ordine, quo in ipsis Pausaniae libris inveniuntur.

1, 27. 5. *ἐπὶ δὲ τοῦ βάθρου καὶ ἀνδριάντες εἰσίν.*

Postquam Pausanias paragrapho quarta signa maxima heroum inter se dimicantium Erechthei et Immaradi descripsit, his verbis simulacra Tolmidae et vatis cujusdam (Aeneti?) addit. Atque contra Siebelisium, qui ea elevata esse interpretatur, Tolmidae et vatis simulacra rotunda esse contendo; nam *ἐπὶ βάθρου* vocabula in locis quidem per se apertis de signis elevatis usurpari, saepius vero statuas significare vidimus. *ἀνδριάς* autem vocabulo eodem modo quo *ἄγαλμα* substantivo, si opus significet elevatum, substantivum vel verbum additum esse exposuimus, quo diserte de signis elevatis, cogitandum esse dicatur. Itaque Tolmidae et vatis signa basi non insculpta sed imposita esse dico. Cui vero basi erant imposita? Ex articulo *βάθρου* vocabulo subjecto quaerendum erit. Articulus vero cum rebus conjungi solet aut omnibus notis aut antea commemoratis; si vero res describendae tales sunt, ut statim conspiciantur, simulatque illuc veneris, de iis agitur quasi de rebus notis, ut 5, 26. 1. *ἄγαλμα ἐπὶ τῷ κίονι* 6, 5. 1. *ὁ ἐπὶ τῷ βάθρῳ τῷ ὑψηλῷ*; columnam enim et fundamentum altum inter cetera fundamenta omnes statim conspiciebant, ut quae dicerentur nemo dubitare posset. Deinde si res describendae partes sunt rerum jam commemoratarum, articulus iis subjungitur, quasi et ipsae jam sint commemoratae, ut 3, 11. 3. *Πέρσαι ἐπὶ τῶν κιόνων* sc. in columnis ejus quidem porticus, de qua jam dictum est; 6, 26. 5. *τοῦ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου* sc. in fundamento ejus signi (*ἀγάλματος*), quod modo dictum est. Neque vero illis locis 5, 26. 1. *ἐπὶ τῷ κίονι* 6, 5. 1. *ἐπὶ*

---

[36]) cf. Schubart, Jahns Jahrb 61. p 476. Archäol. Zeitung 1862. p. 245.

τῷ βάθρῳ τῷ ὑψηλῷ respondet locus tractandus 1, 27. 5; nam statuas in basi (*ἐπὶ βάθρῳ*) stare tantopere est usitatum, ut articulus ferri non possit, nisi antea statuae in alia re atque basi positae sint dictae, *ἐπὶ ἐδάφους, ἐπὶ κίονος* sim. Signa vero de quibus paragrapho proxima actum est, *πρὸς τῷ ναῷ* esse dicuntur, quibus verbis eorum bases ad templum esse significatur. cf. 8, 49. 1. *πρὸς δὲ θεάτρῳ βάθρα εἰκόνων χαλκῶν αὐταὶ δὲ οὐκ εἰσὶν ἔτι αἱ εἰκόνες.* Itaque verbis *ἐπὶ τοῦ βάθρου* ea intellegenda sit basis, quae est signorum commemoratorum Erechthei et Immaradi. Sed in similibus etiam Pausanias pronomen *ὁ αὐτός* pro solo articulo usurpat: 5, 25. 7. *ἐπὶ τείχους τοῦ αὐτοῦ*, 6, 24. 7. *ἐπὶ βάθρου τοῦ αὐτοῦ* ib. 16. 6. *ἐπὶ στήλης τῆς αὐτῆς.* Cum vero ex exemplo 6, 26. 5. *αἰδοῖον ὀρθὸν ἐπὶ τοῦ βάθρου* appareat, articulum posse adhiberi de fundamento, si omnino tantum antea commemoratum est signum, cujus illud fundamentum est, quamquam durior est constructio, articulum *τοῦ* ad signa commemorata Erechthei et Immaradi referimus et Tolmidem vatemque in eadem basi atque heroes stare dicimus. Quae sententia adjuvatur adjecta particula *καί*, ex qua apparet praeter Tolmidae et vatis statuas alia quoque signa in eadem basi fuisse. Cum vero articulo cum particula *καί* conjuncto eandem vim atque pronomini *ὁ αὐτός* inesse videamus 8, 34. 1. *ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ Νύμφαι:* hoc loco 1, 27. 5. Tolmidem et vatem in eadem basi stetisse contendo, in qua heroes dimicantes.[37]) In constructione vero minus usitata ne offendas, cum primum librum difficilius contortiusque quam ceteros scriptum esse facile perspexeris.[38]) In eo vero offendere possis, quod in una basi et heroum et hominum statuae esse dicuntur. Atque cum Jahnius[39]) post *βάθρον* vocabulum asteriscum inserat, et articulus *τοῦ* ante *βάθρου* bene ferri potest, et Tolmides vatesque in sua propria stant basi, si intercidisse putamus *τοῦ ὑψηλοῦ* verba (6. 5, 1.) aut *τοῦ χαλκοῦ* (5, 22. 2. ib. 23. 7.) sim. Sed cum legamus *καὶ ἀνδριάντες*, in lacuna etiam signa commemorata esse necesse est, quae praeter Tol-

[37]) cf. Overbeck, Schriftquellen no. 1048.
[38]) cf. Schubarti prolegomena ad versionem pag. 7.
[39]) Pausaniae descriptio arcis Athenarum. Bonn 1860.

midem et vatem in illa sint basi. Cum vero καί particula non ante nomina hominum, sed ante vocabulum ἀνδριάντες sit posita, alterum genus statuarum in illa basi fuisse coiciendum est, i. e. ἀγάλματα. Itaque cum et heroum et hominum signa in eadem basi sint, sive cum Jahnio facimus, sive lacunam aspernamur, omnino non est cur asteriscum inseramus; neque enim quidquam intercidere potuit, nisi verba τοῦ αὐτοῦ, et articulo cum particula καί conjuncto paene eandem vim inesse demonstravimus.

2, 3. 7. Δεῖμα ἐπεστάθη.

Pausanias per Medeae liberos, qui a Corinthiis injusta morte lapidati sint, Chorinthiacam prolem occisam esse narrat, πρὶν ἢ θυσίαι τε αὐτοῖς ἐπέτειοι κατέστησαν καὶ Δεῖμα ἐπεστάθη. Quae verba Δεῖμα ἐπεστάθη E. Curtius[40]) de statua intellegit liberorum sepulcro imposita, de quo Pausanias paragrapho praecedente egit; itemque Siebelisius ‚Δεῖμα' inquit ‚videtur isti puerorum sepulcro appositum (— impositum certe scribendum erat —) fuisse, ut intellegitur ex verbo ἐπεστάθη; nam dixerunt στήλην ἐπιστῆσαι τάφῳ et ἐπίστημα λίθινον.' Etiamsi vero ἐπιστῆσαι τάφῳ dicitur, solum verbum ἐπιστῆσαι et substantivum ἐπίστημα a Pausania certe de monumento sepulcro imposito non usurpatur. ἐπεστάθην autem aoristus eandem vim ac rationem cum aoristo activi secundo quem dicunt et cum praesenti medii tempore habet; id quod apparet ex Hom. Od. 17, 463 ὁ δ' ἐστάθη ἠΰτε πέτρη. Pind. Isthm. 6(7), 10. ἐν θυρέτροις σταθείς. Qua de re nescio, an ἐπεστάθη verbum metaphorice potius interpreter ex analogia loci 1, 4. 4. δείματα βαρβάροις ἐφίσταντο et intellegam: constituerunt signum Metus contra Medeae liberos, ne ipsorum sui liberi ab iis interficerentur. Utrum vero hoc signum sepulcro an alii rei fuerit impositum, ex verbo ἐπεστάθη apparere nego.

3, 11. 3. εἰσὶ δὲ ἐπὶ τῶν κιόνων Πέρσαι λίθου λευκοῦ.

Persae illi discribuntur, quibus porticus in foro Lacedaemoniorum erat exornata. Atque ex analogia ceterorum locorum vocabulum κίων praebentium de figuris columnis impositis cogitare licet; num vero Persae eodem modo quo leones Mycenaei columnis

40) Pelop. II. 533.

quidem insistere, sed muro columnis imposito insculpti esse possunt? Minime; cum enim materies addatur, *λίθου λευκοῦ*, opera habenda sunt rotunda. Praeterea vero singulis columnis singulos Persas institisse necesse est. Nam si cum Winckelmanno[41]) facientes eos in porticus fastigio positos esse aut zonae vel metopis esse insculptos cogitaremus: nonnulla quidem signa columnarum intervallis imposita altiora quidem essent columnis (*ὑπὲρ τῶν κιόνων*), neque vero in columnis (*ἐπὶ τῶν κιόνων*). Cui sententiae non repugnat 5, 20, 6: *ὄροφος ἐπὶ τῶν κιόνων ἐστί;* tectum enim una est res, quae in columnis nititur, quamquam ejus aliquae partes sunt supra columnarum intervalla. Persae autem sunt multi et eorum nonnulli solis in intervallis essent neque omnino columnas tangerent. Qua de causa verbis *ἐπὶ τῶν κιόνων* figurae in fastigio aut zophoro effictae intellegi nequeunt; ad quod accedit, quod Pausanias, ut fastigii vel zophori signa describeret, certe nomine abstracto quid Persae egissent addidisset, neque Persas, sed Persarum pugnam vel sim. dixisset. Deinde autem ex praepositione *ἐπί* concludi potest Persas in ipsis columnis stetisse neque aliud inter Persas et columnas esse interpositum. Nam cum *ἐπί* praepositione res significetur, quae locum habet alterius rei in area, si alia res esset interposita, *ὑπέρ* particulam adhibendam esse apparet ex loco 2, 17. 3. *ὁπόσα ὑπὲρ τοὺς κίονάς ἐστιν εἰργασμένα.* Qua de re Persae supra columnas tecto institisse non possunt. Neque vero quominus trabem columnis impositam esse, epistylium quod dicunt, credamus impedimur, sed illius epistylii ea pars, quae ipsis columnis erat imposita, quodammodo amplificata esse mihi videtur, ita ut, cum et ipsa columnae capitellum videatur esse, figurae epistylio impositae in ipsis columnis stare videantur. Quod si figuras singulas rotundas singulis ipsis columnis impositas esse consideramus, illi Persae effecisse mihi videntur *ὑπερῷον* quandam *στόαν*.[42]) De porticu enim superiore *ἐπί* particula dicitur 8, 45. 5.[43]) *ὁ μὲν δὴ πρῶτός ἐστιν αὐτῷ κόσμος τῶν κιόνων Δώριος, ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ Κορίνθιος.*

[41]) ed. Meyer u. Schulze VI. 1. p. 24.
[42]) cf. Vitruv. 1. 1: captivorum simulacra sustinentia tectum.
[43]) cf. Urlichs Skopas. p. 12.

Nolim igitur illos Persas cum figuris porticus Thessalonicensis comparari, quae sunt elevatae,[44]) sed gigantes potius templi Agrigentini similes esse censeo. Num vero, ut post Gigantes, sic post Persas porticus muro sit clausa, ex Pausaniae certe verbis non elucet.

3. 18. 8. *Γιτιάδα καὶ αὐτοὶ* (tripodes) *τέχνη καὶ τὰ ἐπειργασμένα.*

Quae verba de signis ex ipso tripode elevatis intellegimus, non de statuis a Pausania modo commemoratis Veneris et Dianae[45]), quae cum *ὑπὸ τῷ τρίποδι ἑστηκέναι* dicantur, inter tripodum pedes constitutae erant eodem modo, quo 1, 20. 1. legimus *τρίποδες μνήμης ἄξια περιέχοντες.* In tripodibus enim ipsis figuras nonnunquam esse elevatas docet O. Muellerus.[46]) Deinde autem et ipsos tripodes et *τὰ ἐπειργασμένα* ab uno artifice esse confectos non inepte dici ex 1, 28. 2. apparet, cum Phidias clipeum confecerit, Mys *τὰ ἐπειργασμένα.* Denique articulus *τά* non ad praecedentia signa est referendus, sed *τὰ ἐπειργασμένα* sunt ea, quae in tripode sunt commemorato et ejus quodam modo sunt partes. (cf. *τὰ ἐπειργασμένα* de throno Amyclaeo ejusdem capitis in paragrapho decima.)

3, 18. 14. *ἀνωτάτω δὲ χόρος ἐπὶ τῷ θρόνῳ πεποίηται Μάγνητες οἱ συνεργασάμενοι Βαθυκλεῖ τὸν θρόνον.*

Quem chorum ex throni fundo elaboratum esse censeo. Primum enim verbo *πεποιῆσθαι* cum *ἐπί* particula conjuncto saepius signa elevata quam rotunda significari videmus. Plane enim omissis iis locis, qui cum artificiis conferri non possunt, ut *ἱερὸν ἐπὶ τῷ λόφῳ πεποίηται* 10, 34. 7, opera rotunda hac constructione ter tantum, elevata undecies describuntur. Tres vero illi loci hujusmodi sunt, ut de statuis agi quisque statim intellegat; 5, 25. 8. enim *ἀπαντικρὺ δὲ ἐπὶ ἑτέρου βάθρου πεποίηται Νέστωρ* statuis ceterorum heroum sortientium statuam tantum Nestoris opponi posse apparet. 6, 20. 10. vero *δέλφις ἐπὶ κανόνος κατὰ*

[44]) E. Curtius. Pelop. II. 313. Anm. 30: Die *ἐπὶ τῶν κιόνων Πέρσαι* sind wohl in ähnlicher Stellung wie die Figuren der Incantada zu denken.

[45]) cf. Siebelisii adnotationem ad hunc locum.

[46]) in Böttigeri Amalthea, 3. 28. sq. cf. Winckelmann ed. Meyer und Schulze II. p. 691. 729.

ἄκρον μάλιστα τὸ ἔμβολον πεποίηται χαλκοῦς et materies, ex qua delphinus est confectus, additur neque ἐπί praepositio, cum alia loci significatio κατὰ ἄκρον τὸ ἔμβολον inserta sit, cum verbo πεποιῆσθαι est conjungenda, cf. 6, 25. 1. ἐπὶ τῇ κρηπῖδι ἄγαλμα Ἀφροδίτης ἐπὶ τράγῳ κάθηται, ubi καθῆσθαι verbum cum praepositione tantum propiore conjungitur, cum ad alteram aliud verbum cogitando sit explendum. Denique 8, 38. 7. cum ex ipsis verbis ἀετοὶ δὲ ἐπ' αὐτοῖς (κίοσι) ἐπίχρυσοι τά γε ἔτι παλαιότερα ἐπεποίηντο aquilas asportatas esse appareat, de elevatis signis cogitari non potest. Itaque vel ex verbo πεποιῆσθαι de signis elevatis agi concludamus. Deinde vero in describendis aliis throni Amyclaei signis, quae elevata esse et aliis de causis et propter verbum ἐπειργάσθαι §. 10 et 12 adhibitum censemus, paragrapho undecima χόρος (Φαιάκων) ἐπὶ τῷ θρόνῳ εἶναι dicitur; quae signa inter cetera elevata non est cur cogitemus rotunda. Si vero §. 11. χόρος ἐπὶ θρόνῳ ἐστί verba significant chorum ex throni area elaboratum, nonne veri est simile §. 14 verbis χόρος ἐπὶ θρόνῳ πεποίηται signa elevata esse intellegenda?

4, 16. 7. ἐπίθημα δέ ἐστιν αὐτῆς (ἀσπίδος) ἀετὸς τὰ πτέρα ἑκατέρωθεν ἐκτετακὼς ἐς ἄκραν τὴν ἴτυν,

quocum loco conjungamus plane similem

5, 25. 9. ὅτον δὲ ὁ ἀλεκτρυὼν ἐστιν ἐπίθημα τῇ ἀσπίδι.

De clipeorum insignibus agi apparet. Hanc autem notionem plane esse dissimilem ei, quae vocabulo ἐπίθημα vidimus inesse, quis est quin intellegat? ἐπίθημα enim vocabulo significantur, quae jam commemoravimus, vel pilae sepulcris impositae vel statuae et sepulcris et aedificiis impositae vel urnae piiis impositae vel petasus capiti impositus vel tegmen cistae impositum. Etiamsi vero aquila et gallus ex alia materia erant confecti atque clipeus, tamen clipeo potius sunt affixi quam impositi, atque de re alteri rei affixa eadem a Pausania usurpantur verba, quae de re ex altera elaborata cf. 5, 11. 8. ib. 17. 5. Quin etiam de clipeorum insignibus eadem verba usurpantur ἐπειργάσθαι 5. 10. 4. 8, 11. 8. εἰργάσθαι 10, 26. 3. Itaque insigne clipei, etiamsi ex alia materia est confectum atque clipeus, tamen opus est elevatum,

cum ἐπίθημα substantivum opus significet rotundum. Qua de causa Schubartus et Walzius adnotant ad 4, 16. 7: »magis placet ἐπίσημα ut 9, 40. 10.« — sic enim Camerarius jam correxerat — et ad 5, 25. 9. »malimus ἐπίσημα«. Atque videamus, utrum hanc correcturam probemus necne. De re enim simili legimus 2. 30. 6. νόμισμα τὸ ἀρχαῖον ἐπίσημα ἔχει τρίαιναν καὶ πρόσωπον Ἀθηνᾶς; quo in loco ἐπίσημα utrum sit pluralis adjectivi ἐπίσημον, an substantivum ipsum ἐπίσημα (ἐπισήματος), non apparet. Substantivum vero ἐπίσημα legimus Eur. Phoen. 1107. ἐπίσημ' ἔχων οἰκεῖον ἐν μέσῳ σάκει, unde concludere posses etiam v. 1125 singularem esse scriptum ἐπ' ἀσπίδι ἐπίσημα πῶλοι, nisi de eadem re legeretur Phoen. 1114 σημεῖον 1111 σημεῖα. Sed etiam in Aeschyli Septem 659, quamquam codex Med. praebet τἀπίσημα, Dindorfius scripsit τοὐπίσημ' ὅπῃ τελεῖ et iterum ἐπίσημα substantivum de nummi legitur insigni in Simonidis fragmento apud Laërtium Diogenem 4, 45. Saepius ἐπίσημον de insigni clipei legitur Herod. 9, 74. Plut. Tom II p. 234. C. et p. 247 F.[47]), de aliarum rerum similibus insignibus Herod. 1, 195. 8, 88. Substantivum autem σῆμα Aeschylus paene solum adhibet in Septem: 387, 432, 491, 591, 643 et singularem quidem etiam de compluribus figuris in clipeo effictis usurpat 387, 643. Denique vocabulum σημεῖον de clipeis a Pausania usurpatur 4, 28. 5. σημεῖα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσι Λακωνικὰ ἔχοντες. Idem vero legitur apud Herod. 1, 171. et locis excitatis Euripideis Phoen. 1111 1114. Vidimus igitur de clipeis verba ἐπίσημα, ἐπίσημον, σῆμα, σημεῖον esse usitata atque formam quidem ἐπίσημα et apud alios legi et fortasse etiam in Pausaniae libro. Facile autem fieri potuit, ut errore pro ἐπίσημα scribatur ἐπίθημα: eadem enim ratione 9, 40. 10. editores contra auctoritatem codicum ἐπίσημα praebentium suo jure correxerunt ἐπίθημα.

5, 10 7. Ἀλφεῖος ἐπ' αὐτοῖ (ἀετοῦ) πεποίηται.

De tympano templi Iovis Olympici agitur, cujus signa rotunda fuisse disseruit Welckerus[48]). Nonne vero verbo πεποιῆσθαι sae-

---

[47]) quos locos Plutarchi excitat Wesselingius ad Herod. 9, 74 et 8, 88.

[48]) Zeitschrift für Geschichte u. Auslegung der alten Kunst. 1. 2. p. 203 sq

pius elevata signa significari demonstravimus? Atque verbo *ἀετός* non antepagmentum, quod Graeci vocant *γεῖσον*, dicitur sed totum tympanum. Etiamsi igitur notionem quamlibet verbum praebet *πεποίηται*, verba *ἐπ' ἀετοῦ* nunquam significare possunt rem tympano impositam, sed cum tympanum sit area similis lateri alicujus rei, non superficiei, notio sit adhaerendi necesse est. Quid igitur? Omnes figuras putemus tympano adhaesisse? Id veri dissimillimum est. An Alphei solum signum adhaesit tympano? Cogitari non potest. Sed cum signorum in fastigio templi positorum ratio ad tympanum sit eadem atque signi elevati ad fundum et simulacra ibi posita e fundo esse elaborata possint videri: rotundum signum verbo adhaerendi significare scriptori licuit, praesertim cum ceterum de talibus figuris eadem substantiva abstracta inveniantur — 1, 24. 5. *Ἀθηνᾶς γένεσις, ἡ Ποσειδῶνος πρὸς Ἀθηνᾶν ἔρις* al. — quae proprie de caelaturis et operibus elevatis scriptor usurpet. Conferas vero constructionem 10, 15. 5. *καρπὸς ἐπὶ τῷ φοίνικι ἐπεποίητο*, ubi de fructu, quamquam est opus rotundum, arbori adhaerente *ἐπί* praepositio adhibetur.

5, 11. 2. *ζῷα ἐπ' αὐτοῦ (θρόνου) γραφῇ μεμιμημένα καὶ ἀγάλματά ἐστιν εἰργασμένα.*

Quamquam verbo *εἰργάσθαι* signa tantum elevata significari diximus, multa tamen ex his simulacris (*ἀγάλματα*), cum de throno agatur Iovis Olympici, rotunda esse scimus, ut figurae in regulis positae, sphinges, aliae. Sed res est paene eadem atque in constructione modo tractata; signa enim, quae rotunda sunt in throno, non sunt throno imposita, sed inter ea et thronum ratio intercedit eadem atque inter signa elevata et aream, ex qua sint elaborata. Hercules enim cum turba dimicantium et Amazones (§§. 3 et 4) regulis quidem sunt impositi, num autem throno? Quantopere ei adhaereant optime intelleges, si throni pedes ut in partibus inferioribus sic in superioribus parietibus conjunctos et clausos esse feceris. Huic enim parieti illae figurae proprie essent affixae. Quam sententiam rectam esse ex eo perspicis, quod cum eadem constructione *ἐπ' αὐτοῦ (θρόνου)* verba conjuncta sunt *γραφῇ μεμιμημένα* et *εἰργασμένα*; *ἐπί* enim particulam cum illo verbo conjunctam nostram *an* exprimere nemo est qui neget, itaque

eandem particulam cum altero verbo conjunctam notionem mutare veri dissimile est.

5, 11. 7. *ἐπὶ δὲ τοῖς ἀνωτάτω τοῦ θρόνου πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος τοῦτο μὲν Χάριτας, τοῦτο δὲ Ὥρας τρεῖς ἑκατέρας.*

In hoc quoque throno Gratias et Horas elevatas esse cogitare possimus, ut chorum in throno Amyclaeo elaboratum esse conclusimus. Verba enim *ἐπὶ θρόνῳ* apta esse ad significanda signa elaborata elucet e locis 3, 18. 11. ib. §. 14. 5, 11. 2., itemque verbum *ποιεῖν* aptum esse vidimus; deinde vero, si duo postes, ex quibus throni tergum constabat, in summis partibus regula erant conjuncti, eodem modo tres figuras in illis postibus elevatas esse apparet, quo in pedum parte superiore, quae undique erat rotunda, quattuor Victorias, in inferiore autem parte duas tantum esse videmus, cum cetera duo hujus partis latera carceribus, quibus pedes inter se conjuncti erant, occupentur. Sed obstat huic sententiae Pausanias ipse, qui Gratias et Horas fuisse dicit *ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος*; itaque, si figurae elaboratae supra Iovis caput sunt, ipse thronus altior sit necesse est quam simulacrum insidens. Atqui ex nummis, in quibus hoc Iovis simulacrum descriptum est, thronum minorem esse videmus, ita ut Gratiae et Horae, si impositae quidem throni sint postibus, locum habeant supra caput, sin elevatae essent, non supra caput haberent. Itaque opera rotunda intellegere liceat, praesertim cum ternas et Gratias et Horas ob eam causam effictas esse consentaneum sit, quoniam tum ternas esse Graeci credebant. Quin etiam Victoriae illae, quibus portabatur thronus, rotundae potius figurae erant, quae a tergo pedes throni tangebant, cum praepositionem *ἐπί* elevata signa significantem de iis non videas usurpatam, sed *κατά* c. acc., quae rem e regione sitam alterius rei, et *πρός* c. genet., quae rem significat alteri finitimam [49]). Quae cum ita sint, Gratias et Horas throni postibus institisse puto.

5, 11. 7. *τὸ ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῖς ποσὶν*

---

[49]) Sic rectissime disserit Voelkelius, olymp. Iupiter p. 178; mira vero de *ἐπί* particula profert Quatremère de Quincy p. 208.

λέοντάς τε χρυσοῦς καὶ Θησέως ἐπειργασμένην ἔχει τὴν μάχην τὴν πρὸς Ἀμάζονας.

Offendit Schubartus in verbo *ἐπειργάσθαι* et in adnotatione ad versionem sic: „*Ich kann*" inquit „*mich nicht überzeugen, dass die Worte eine andere Auslegung zulassen, als dass die Löwen am Schemel in eingelegter oder halb erhobener Arbeit angebracht waren*"[50]). Atque primum equidem nescio, quomodo leones una cum illa pugna ex solii area eodem modo sint elaborati. Quo enim loco sint leones? quo Amazones? Deinde vero additum est adjectivum *χρυσοῦς*, neque unquam, etiamsi de affixis signis legimus *ποιήματα χρυσᾶ* 5, 11. 8. vel *ζῴδια χρυσοῦ εἰργασμένα* 5, 17. 5., (quae non sunt animalia, sed omnino figurae), nomini rei ipsius effictae, ut leonibus, si de affixo vel elevato signo cogitandum est, materies additur, ex qua signum sit factum. Itaque leones aurei quin pedes solii fuerint maxima certe ex parte rotundi, non possumus dubitare praesertim si conferimus nummum Eliacum, in quo pedes leonum loco ipsorum leonum expressi esse videntur. Cum vero verbo *ἐπειργάσθαι* res paene rotundas, dummodo alteris rebus adhaereant, dici posse viderimus, cf. 1, 24. 5.: non est cur in hoc verbo *ἐπειργάσθαι* offendamus. Deinde autem *ἐπειργασμένην* participium, si et formam et locum, quem inter elocutionis cetera membra habet, spectas, ad *μάχην* tantum, neque ad *λέοντας* referendum est; itaque verba *ὑπόθημα ἐπειργασμένην ἔχει μάχην* fortasse de signis in ipso solii margine effictis sunt intellegenda, verba autem *ὑπόθημα ἔχει λέοντας χρυσοῦς* per se sunt explicanda et, qua lata notione est verbum *ἔχειν*, de solii pedibus bene intellegi possunt.

6, 16, 6. *ἐνταῦθα καὶ ἅρμα οὐ μέγα ἀνάκειται Πολυπείθους Λάκωνος, καὶ ἐπὶ στήλης τῆς αὐτῆς Καλλιτέλης ὁ τοῦ Πολυπείθους πατήρ, παλαιστὴς ἀνήρ.*

Quae verba interpretes ita explicaverunt, ut et currus Poly-

[50]) Eandem sententiam Schubartus affirmat Zeitschr. f. Alterthw. 1849. p. 405 et addit: Für einen, der mit der Sprache des Pausanias vertraut ist, bedarf diess keines Beweises.

pithis et Callitelis statua in una positi sint pila; itaque *στήλην* eodem sensu quo *βάθρον* intellegunt. Cum vero *στήλην* tennem laminam esse viderimus, cui nunquam statuae sint impositae, aliam quaeramus interpretationem. Neque vero de operibus elevatis cogitare licet. Etiamsi enim imagines victorum Olympicorum elevatae commemorentur 6, 4. 9. 8, 48. 1., rotundae tamen esse solent. Deinde quomodo homo una cum curru, cui non insistit, in pila sit insculptus non perspicio. Neque de signis elevatis verbum *ἀνακεῖσθαι* usurpari credo. Itaque neque de signis elevatis neque de rotundis cogitare licet. Quomodo igitur locus est interpretandus? Atque primum duo hujus enuntiationis membra non eodem modo sunt explicanda. Neque enim in altero membro *ἐπὶ στήλης Καλλιτέλης*, quod verbo caret, prioris membri verbum *ἀνακεῖσθαι* iterum intellegi necesse est; conferas enim 8, 11. 8. *κίων ἐφέστηκε καὶ ἀσπὶς ἐπ' αὐτῷ*, sc. *ἔπεστιν*, id quod apparet ex 9. 25. 2.; deinde 5, 22. 1. et 23. 7. *βάθρον πεποίηται καὶ ἄγαλμα ἐπ' αὐτῷ* sc. *ἐστίν* coll. 5, 24. 1.; denique 2, 2. 8. *κρήνη ᾠκοδόμηται καὶ Ποσειδῶν ἐπ' αὐτῇ* (sc. *ἐστίν*) *καὶ δελφὶς ὑπὸ τοῖς ποσίν ἐστιν.* Itaque hoc loco verba construamus *ἅρμα ἀνάκειται καὶ ἐπὶ στήλης Καλλιτέλης* sc. *ἐστίν*, et currum ipsum dedicatum esse interpretemur; quomodo vero Calliteles sit *ἐπὶ στήλῃ*, quaerendum est. Neque vero ejus statuam pilae impositam neque ejus imaginem pilae insculptam esse posse jam vidimus. Itaque num inscriptio fortasse *ἐπί* praepositione dicatur, quaeramus. Atque inscriptionem de victoria Olympica pilae insculptam Pausanias commemorat 3, 14. 3. *στήλην ὄψει, γεγραμμέναι δέ εἰσιν, ἃς Χίονις δρόμου νίκας ἀνείλετο.* 6, 13. 2. *ἀνάκειται δὲ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ στήλη λέγουσα Χιόνιδος τὰς νίκας*, quo loco Pausanias eos errare dicit, qui *τὸν ἑστηκότα ἀνδριάντα παρὰ τῇ στήλῃ φασὶν εἰκόνα εἶναι Χιόνιδος.* Quod vero ita errare potuerunt, Olympiae juxta statuas pilas cum inscriptionibus saepius positas esse verisimile esse mihi videtur. Atque diserte pila juxta statuam statuta commemoratur 6, 16. 8. *στήλην παρὰ τὸν ἀνδριάντα ἀνέθηκεν;* infinitivo autem hoc membrum sequente, quid in hac pila inscriptum fuerit, tradi jam Goldhagenus dicit. Deinde autem pilam statuis esse appositam certe concludimus, si una tantum inscriptio de duabus agit imaginibus,

quas inter se cohaesisse vel uni basi impositas esse veri dissimile est, ut 6, 10. 5., ib. 14, 12. Iam quaeramus, num ea verba, quae hoc loco leguntur, ἐπὶ στήλης Καλλιτέλης sc. ἐστίν ex more Pausaniae de inscriptione intellegi possint. Atque verba ἐπὶ στήλης ita explicari posse apparet ex 10, 12. 6. ἐλεγεῖον ἐπὶ τῆς στήλης ἐστίν. Quod vero nomen ipsum Callitelis dicitur pro inscriptione de Callitele, ne offendas, cum similia saepius invenias 5, 2. 3. πόλιν ἐπιγράψαι. 6, 19. 5. Μυονεῖς οἱ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι. 1, 29. 13. οἱ μαχεσάμενοι ἐπ' ἄλλῃ στήλῃ εἰσίν. Cum autem pila cum inscriptione juxta statuam posita eodem modo totius doni dedicati (i. e. anathematis) pars dici possit, quo fundamentum pars statuae dicatur: etiamsi de pila ipsa antea dictum non est, tamen ἡ αὐτή pronomen adhiberi potuit, quoniam una cum dono commemorato, i. e. cum curru Polypithis dedicato, de pila, quae ad eum pertinet, cogitatur. Quae cum ita sint, Olympiae dedicatum fuisse censeo currum ipsum Polypithis basi impositum, juxta basin vero pilam fuisse, in qua de Polypithis victoria fuerit inscriptio; in eadem vero pila etiam inscriptionem fuisse de victoria Callitelis; cujus utrum apposita fuerit statua necne, ex Pausaniae verbis non elucet.

6, 19. 5. τὰ γράμματα ἐπὶ βραχὺ παρῆκται.

Haec verba Schubartus vertit: *Die Buchstaben auf dem Schilde sind theilweise erloschen*, et adnotat: *Die Uebersetzung „theilweise erloschen" muss als eine willkürliche betrachtet werden; wenn der betreffende griechische Ausdruck unverdorben ist, so hat er noch keine befriedigende Erklärung gefunden. Andere fassen ihn „verzogen"*. Amasaeus: Litterae ipsa vetustate jam exesae ac jam prope abolitae sunt. Siebelisius: litterae abductae sunt in breve, i. e. deminutae, non integrae sunt. Sylburgius: Litterae ad breve spatium exaratae sunt i. e. paucae litterae conspiciuntur superstites. Facius: litterae pertingunt ad breve spatium h. e. non plane exaratae sunt. Schubartus et Walzius: locus corruptus: παρήλλακται Porsonus. παρέξεσται Corayus. Sed locum ipsum inspiciamus. Atque verbis ἐπὶ βραχύ spatium dicitur, per quod aliqua res movetur, itaque παρῆκται ἐπὶ βραχύ verba sunt interpretanda: παρῆκται per breve spatium, non: ita παρῆκται, ut

breve spatium sit reliquum; qua de re, quamvis locus videatur esse simillimus, comparare non licet praepositionem ἐς 2, 19. 2. τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προήγαγον, ὡς τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. Quin etiam de ipsis scriptis, quae non multum continent spatium, i. e. quae brevia sunt verba usurpantur ἐπὶ βραχύτατον 9, 30. 12. ib, 24. 3. et ἐπὶ βραχύ ib. 36. 5. παρῆκται autem verbum omnes paene interpretes vertunt: litterae deletae sunt; cujus significationis exempla non inveni. Etiamsi enim loci metaphorici similem praebent sensum, ut Plut. Phoc. 2. πειθοῖ καὶ λόγῳ παράγειν τὴν ἀνάγκην. cf. Paus. 3, 6. 3. 7, 12. 9., tamen his locis inest localis notio »agendi praeter rem«, quae de litteris in clipeo deletis nullo modo intellegi potest. Porsonum vero et Corayum locum mutasse dixi, atque Porsonus praebet sensum: litterae paulum mutatae sunt, Corayus: per breve spatium sunt erasae vel exsculptae, quarum illa conjectura ferri potest, non potest Corayi, qua non tempus delens, sed homo sua sponte et de industria eradens significetur. Sed ne Porsoni quidem correcturam probo, cum omnino de litteris deletis cogitari non possit. Si enim litterae tantopere tantum fuerunt deletae, ut bene legi potuerint, quamobrem scriptor commemoret? Sin paene totae fuerunt deletae, quomodo Pausanias nomen Μύανες litteris tenus ita accurate legere potuit, ut discernat a nomine Μυονεῖς? Atque possit quidem aliquis coicere verbum παρῆκται in προῆκται esse mutandum; saepissime enim in his constructionibus ἐπὶ πολύ et sim. verba cum πρό particula composita usurpantur, ut ipsum προάγειν 4, 35. 5. 9, 34. 6. ib. 36. 8. alia verba 3, 1. 7. 9, 20. 2. ib. 23. 7. Putaverim autem: litterae per breve spatium porrectae sunt i. e. breve spatium continent, quae non intellegam de litterarum corruptela, sed litteras artissime inter se conjunctas putem esse. Neque vero hanc correcturam probo, quod membrum sequens repugnat: πέπονθε δὲ αὐτὸ διὰ τοῦ ἀναθήματος τὸ ἀρχαῖον. Itaque παρῆκται verbum retineamus. Παρά vero praepositionem cum verbis compositam saepius praetereundi praebere significationem vel ex Pausania notum est: 2, 20. 6. 4, 16. 5. 5, 7. 10. ib. 11, 4. 6, 1. 5. ib. 20, 15. 7, 22. 1. ib. 25, 5. 8, 25. 3. ib. §. 11. Si vero rem praetereo, primo eam versus

processi, deinde vero de via deflecto; itaque etiam deflectendi notionem *παρά* praepositioni inesse posse ex Pausaniae loco discas 10, 23. 7. *οἱ παραχθέντες ἐκ τοῦ νοῦ* et ex Xenoph. anab. 3. 4. 14., ubi verbis *τὰς τάξεις εἰς τὰ πλάγια παραγαγών* milites signa convertere dicuntur. Itaque *παράγειν* verbum interpretor: litterae deflexae sunt per breve spatium, i. e. paucae litterae inscriptionis extremae non eundem cursum quem ceteri tenent, sed, cum locus desit et clipei margo vel alia res impediat, deflexae sunt. Huic enim sententiae etiam membrum quod sequitur aptum est; verbum enim *πέπονθε* nihil significat nisi »factum est«; id quod intellegas ex loco 5, 13. 3. Cum vero verba *διὰ τὸ ἀρχαῖον* non tam sint per antiquitatem, quam propter antiquitatem: litteras deflexas esse scriptor dicit, quia inscriptio sit antiquissima. In inscriptionibus vere antiquissimis litterarum cursum esse deflexum et curvum, in Cypseli cista, ut alia omittamus, videmus, cujus inscriptiones dicuntur *ἑλιγμοῖς συμβαλέσθαι χαλεποῖς.*

6, 19. 13. *τοῦ θησαυροῦ δὲ ἐπείργασται τῷ ἀετῷ γιγάντων καὶ θεῶν πόλεμος.*

In omnibus quidem tympanis a Pausania commemoratis statuae esse narrantur. Sed cum non sit plane inauditum in tympanis figuras e fundo elevari, de thesauro vero, non de ipso templo agatur: in hoc fastigio, qua vi est verbum *ἐπειργάσθαι*, signa elevata fuisse intellegere possumus[31]. Num vero sic interpretari cogamur dubito, cum signa etiam rotunda tympano adhaerere videri iisdemque verbis significari demonstraverimus, quibus signa elevata dici soleant.

8, 34. 6. *πεποίηνται δὲ αὐτόθι καὶ Ἑρμῖν ἐπὶ στήλῃ.*

Cujus loci constructio singularis est et difficilis; nam *πεποίηνται* perfectum, cum praeterea passivo tantum sensu usurpetur, medialem praebet sensum. Unus enim locus, qui comparari possit 10, 26. 9. *τὸ δὲ πεποίηται τὴν χεῖρα ὑπὸ δείματος ἐπίπροσθε τῶν ὀφθαλμῶν* etiam neglecta correctura Schneideri et

[31]) cf. Welcker Giebelgruppen p. 13. §. 11. Ross Theseion p. 17.

Porsoni, qui *ἔχον* participium inserunt ante *πεποίηται*, passivo sensu intellegi potest: puer effictus est *τὴν χεῖρα* i. e. quod attinet ad manum, cf. *ἐπίχρυσος τὰ πολλά, τὴν κεφαλήν* 9, 41. 7. *μέγεθος ἴση* ib. *χροὰν λευκή*. Neque vero analogia perfecti *εἰργάσθαι* uti licet, quod, cum saepissime passivam praebeat notionem, hic illic mediali sensu legatur: 1, 23. 7. 6, 14. 11.; uam *εἰργάσθαι* proprie est medii perfectum et singulari usu pro passivo usurpatur. Itaque cum sit verisimile alterum mondum ex altero esse natum et postquam scriba per errorem scripserit *πεποίηνται*, alterum scribam correxisse accusativum *Ἑρμῆν* ex nominativo *Ἑρμῆς*, vel vice versa; deinde cum notio medii generis ipsa sit inepta: fecerunt Mercurium iu suum usum vol suis operibus vel suo sumptu, *sie haben sich einen Hermes gemacht*; denique cum constructio *πεποίηται Ἑρμῆς ἐπὶ στήλῃ* plane cum Pausaniae dicendi ratione congruat: nescio, an vel contra omnes codices scribendum sit *πεποίηται δὲ καὶ Ἑρμῆς ἐπὶ στήλῃ*. Mercurius vero cum in finibus esse dicatur, generis Attici quod ipse Pausanias dicit esse possit, i. e. truncus Hermae; quales in finibus stetisse scimus ex 2, 38. 7.; sed illi nominantur *Ἑρμαῖ λίθου* 1, 17. 2. 2, 38. 7. *Ἑρμῆς λίθου τετράγωνον σχῆμα* 10, 12. 6. *οἱ τετράγωνοι Ἑρμαῖ* 8, 39. 6. *ἄκωλοι Ἑρμαῖ* 1, 24. 3. *ἄγαλμα Ἑρμοῦ καταλήγει οὐκ ἐς πόδας, ἀλλὰ ἐς τὸ τετράγωνον σχῆμα* 8, 39. 6. *Ἑρμῆς τέχνης τῆς Ἀττικῆς. Ἀθηναίων γὰρ τὸ σχῆμα τὸ τετράγωνόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς*. Itaque de alia Mercurii forma cogitandum est. Cum autem illud fanum Hermaeum nominetur, hunc Mercurium eum fuisse censeas, cui fanum sit sacrum, proptereaque ejus signum, cui adorent Megalopolitani, statuam esse concludas. Quam sententiam equidem probarem, si Pausanias scripsisset: *Ἑρμαῖον καὶ Ἑρμῆς ἐν αὐτῷ κτε·* sed quasi novum atque alienum conjunctionibus *δὲ καὶ* addit: Mercurium quoque ibi in pila effictum esse. Itaque cum alium quoque deum columnae insculptum esse videamus 8, 48. 4., nihil obstat, quominus ex analogia ceterorum locorum *πεποιῆσθαι* verbum cum *ἐπὶ στήλῃ* vocabulis conjunctum praebentium Mercurium e fundo pilae elaboratum cogitemus.

8, 37. 3. *τὰ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι.*

Quae eodem modo interpreter, quo *ἐπί* praepositione 9, 34. 2.

Medusae caput Minervae tunicae affixum et 10, 31. 6. aves in Memnonis chlamyde acu pictas dici vidimus. Etiamsi enim 8, 31. 2. *τὰ ἐσθῆτος ἐχόμενα* et 6, 24. 6. *τὰ ἐς ἐσθῆτα* verba totum vestimentum significant et *ἐπί* particulae notio quaedam metaphorica his constructionibus est similis, cf. 2, 35. 5. *τὰ ἐπὶ τῷ θρήνῳ γράμματα* 10, 4. 8. *τὰ ἐπὶ τραπέζῃ μιάσματα*: tamen haec vestis quibusdam signis, ut Iovis Olympici pallium animalibus et liliis, distincta esse videtur; nam ne minimam quidem partem ex alio lapide esse effectam Pausanias disserit et *τοῖς ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι* opponit *ὁπόσα εἴργασται περὶ τὸν θρόνον*.

10, 13. 9. *χρυσοῦν τρίποδα δράκοντι ἐπικείμενον χαλκῷ.*

Notissimus ille tripus describitur, quem Graeci victoria apud Plataeas delata dedicaverunt. Atque tripoda aliquo modo angui impositum fuisse certum est; singulos vero pedes capitibus singulis impositos esse verbi quidem *ἐπικεῖσθαι* sensus est aptissimus. De toto autem loco recta est sententia Wieseleri[52], qui de hoc tripode (pag. 252) sic disserit: *Es liegt nahe daran zu denken, dass das platäische Weihgeschenk im Ganzen etwa die Construction eines Dreifusses mit einem Mittelstamm gehabt habe, indem dieser durch die dreiköpfige Schlange gebildet worden sei. Dann müsste man freilich annehmen, dass sowohl Herodotus*[53] *als auch Pausanias sich nicht haarscharf ausgedrückt haben, indem ja eigentlich nur der Kessel, nicht der ganze Dreifuss auf der Schlange geruht hätte. Inzwischen lässt sich diese auch so als Träger des ganzen Dreifusses fassen, wenn Kessel und Dreifuss an einander gefestigt waren.* Exemplum vero *ἐπικεῖσθαι* verbi, quo haec sententia aut comprobetur aut refutetur, in Pausaniae libris frustra investigavi, nisi haec sunt conferenda: *κράνος ἐπικείμενος* 5, 10. 6. ib. 17. 2. 10, 26. 3. 1, 24. 3. *κυνῆν* 5, 27. 8. ib. 17. 1. *κάλυμμα.* 5, 19. 9. 10, 25. 10.

10, 13. 10. *βασιλεὺς Ὦπις. οὗτος μὲν δὴ εἴκασται*

---

52) Jahns Jahrb. 89, p. 242 ss.

53) 9, 81. *ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ὁ ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεώς.*

τεθνεῶτι ἐν τῇ μάχῃ, οἱ δὲ αὐτῷ κειμένῳ ἐφεστηκότες ὁ ἥρως Τάρας ἐστὶ καὶ Φάλανθος.

Perfecto *ἐφέστηκα* semper rem vel hominem alteri rei insistentem significari supra demonstravimus. Itaque hoc quoque loco heroes mortuo institisse videri possint. Sed interpretes omnes de adstantibus cogitant, Schubartus: *neben dem Liegenden stehen*, Amasaeus: jacenti adstant, Overbeckius[54]): *ihm zunächst standen.* Neque negari potest hanc sententiam per se esse probabiliorem. Itaque quaeramus, num perfectum *ἐφέστηκα* de adstantibus interpretari liceat. Atque praesenti medii et aoristo secundo activi accedendi notionem inesse vidimus; sin vero his temporibus significatur is qui accedit, perfecto, quod ceterum iis par est, fortasse is potest significari, qui accessit. Atque hujus notionis ex aliis quidem scriptoribus pauca exempla afferri possunt, ut in Iliade 12, 326. legimus *Κῆρες ἐφεστᾶσιν* et Hesiod. scut. 258. *Κλωθὼ καὶ Λάχεσίς σφιν ἐφέστασαν;* in his vero verbis Parcae potius imminentes, quam aggressae intelleguntur eademque inest notio perfecto *ἐφεστάναι*, quod in Iliade de pugnantibus saepius usurpatur. Uno vero in loco Il. 23, 106. *ψυχὴ ἐφεστήκει* de daemone dormienti apparente certissime vertendum est: anima aggressa est, et idem videtur sensus inesse Xen. Hellen. 2, 3. 51., ubi *οἱ ἐφεστηκότες* iidem sunt homines, de quibus aoristus *ἐπιστῆναι* modo adhibitus est. Aliis vero locis, ut Xen. conviv. 2, 7. *ὀρχηστρὶς ἐφεστηκυῖα* perfectum *ἐφέστηκα* nostro potius *auftreten* respondet, quam *herantreten.* Itaque quamvis perfectum *ἐφέστηκα* proprie significet rem impositam vel hominem insistentem, tamen, quoniam perfectum est ejusdem verbi, cujus praesenti et aoristo inest notio accedendi, eo significatur non is, qui adstat, sed is, qui accessit vel aggressus est, praesertim cum etiam praesens medii et aoristus, qui proprie notionem praebent accedendi, interdum intellectu variato significent rem vel hominem insistentem: Herod. 4, 2. *τὸ ἐπιστάμενον τοῦ γάλακτος.* Eur. El. 706. *βάθροις ἐπιστάς.* Itaque hoc loco heroes ad mortuum aggressi esse dicuntur; fortasse vero propterea latior est perfecti significatio, quod una inest notio

[54]) Plastik. I. 111.

metaphorica hostilis, cum heroes mortuo dimicantes imminuerint.

10, 15. 4. *τὸν δὲ φοίνικα ἀνέθεσαν Ἀθηναῖοι τὸν χαλκοῦν καὶ αὐτὸν καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς ἐπίχρυσον ἐπὶ τῷ φοίνικι.*

Quam Minervam E. Curtius [55]) dicit esse *unter dem Baume*, fortasse sequens Bekkerum, qui *ὑπό* scribendum esse proponit. Particulam vero *ἐπί* esse retinendam loco Plutarchi Nic. 13. 4, qui de eadem effigie eadem particula utitur *ἐπί*, demonstratur. In adnotatione autem versionis Schubartus Minervam insistere censet palmae jacenti, quia Plutarchus adhibeat verbum *βεβηκός*; neque vero dicit *βεβηκὸς ἑτέρῳ τῷ ποδί*, sed cum antea scripserit verbum *ἕστηκε*, eandem notionem iterum alio verbo exprimit. Cum vero de fructibus hujus arboris Plutarchus adhibeat verbum *καταβάλλειν*, erecta tantum arbor intelligi potest. Atque Schubartus quoque postea hanc probavit sententiam palmamque loco columnae (*κίονος*) esse intellegendam censet [56]).

10, 24. 2. *θεάσαιο καὶ εἰκόνα Ὁμήρου χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ.*

Ex adjectivo *χαλκῆν* clarissime videtur apparere de signo rotundo esse cogitandum, cum omnino rotundorum tantum materies dici soleat. Cum vero nonnullis locis operum etiam affixorum materies dicatur 5, 11. 8. ib. 17. 5, atque cum *ἐπὶ στήλῃ* verbis effigies elevatae vel affixae significentur, verbis aptissimum videatur opus aeneum lapideae pilae affixum intellegere; quae est sententia Radulphi Rochetti [57]). Cum vero aliud opus aeneum hujusmodi lapidi affixum non sit notum, hanc interpretationem reicimus; certo enim Pausanias *εἰκόνα χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ λίθου λευκοῦ* addidisset vel alio modo materiam operis ipsius non esse eandem atque pilae dixisset. Num vero cum aliis [58]) de opere rotundo est

[55]) Göttinger gelehrte Anzeigen 1861. p. 371.

[56]) Archäol. Zeitung 1862. p. 234 ss. cf. Raoul-Rochette lettres archéol. p. 11.

[57]) Lettres archéol. p. 11.

[58]) Müller-Wieseler Dnkm. d. a. K. ad II. LVIII 742. Ulrichs Reisen u. Forschungen in Griechenland p. 75.

cogitandum? Sed omnibus ceteris locis ἐπὶ στήλης verbis effigies dicuntur elevatae. Levi autem mutatione scribere possimus χαλκῇ ἐπὶ στήλῃ: pilas enim aeneas, etiamsi opus ex iis expressum in Pausaniae libris non repperi commemoratum, tamen omnino fuisse apparet ex Thuc. 5. 47. fin. Neque vero correcturam probo, cum haec verborum collocatio, qua ἐπὶ praepositio inter adjectivum et substantivum interponatur, Pausaniae sit aliena. Nihilominus vero signum in aenea pila expressum esse interpretor; verba enim εἰκὼν ἐπὶ στήλῃ formulae instar unam efficere notionem similem participiis εἰκὼν ἐκτετυπωμένη vel ἐπιγεγραμμένη videntur. Nam cum usitatum sit scribere: ἦν δὲ βάθρον καὶ ἀνδριὰς ἐπ᾿ αὐτῷ, ἦν δὲ κίων καὶ ἄγαλμα ἐπ᾿ αὐτῷ, haec substantivi στήλη frequentissime adhibiti constructio semel tantum legitur. 8, 18, 8. Deinde vero 2, 25. 5. singularis et rara collocatio verborum εἰκὼν ἐπὶ στήλῃ τοῦ Λύρκου facilius ferri potest, si εἰκὼν ἐπὶ στήλῃ una notione sunt intellegenda. Vocabulo autem εἰκὼν et pilam ipsam una cum imagine expressa dici posse veri est simile, cum eodem vocabulo εἰκὼν basin una cum statua imposita significari videamus 8, 49. 1, ubi commemorantur: βάθρα εἰκόνων χαλκῶν, αὐταὶ δὲ οὐκ εἰσὶν ἔτι αἱ εἰκόνες. Neque enim hoc loco cum Schubarto χαλκᾶ scribendum esse censemus neque in inscriptione dictum esse putamus imagines esse aeneas, quia una cum simulacro fundamentum, quod ejus est pars, intellegendum esse locum 1, 27. 5. interpretantes exposuimus. Itaque cum verbis εἰκὼν χαλκῆ imago ipsa cum pila dicatur; deinde cum verba ἐπὶ στήλῃ cum substantivo εἰκὼν et sensu et constructione artissime sint conjungenda: his verbis εἰκὼν χαλκῆ ἐπὶ στήλῃ imaginem in pila aenea expressam describi putamus.

Vita.

Ulricus Constantinus Schaarschmidt a. d. XVI Cal. Mart. anni hujus saeculi XLIX natus sum Budissae, ubi pater meus Fridericus Schaarschmidt munere magistri in gymnasio et cantoris in ecclesia fungitur. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis domi imbutus anno decimo gymnasium Budissinum adii, quod Friderico Palmio rectore, praematura morte erepto, maxima gloria floruit. Mense aprili anni hujus saeculi LXVIII testimonio maturitatis instructus in academiam Lipsiensem me contuli, ubi litteris antiquis studerem. Initio vero anni LXX per duos menses, quominus studiis incumberem, morbo sum impeditus. Propter curam autem tum adhibitam quin Friderico Zarnckio viro clarissimo, qui rectoris magnifici munere fungebatur, gratias quam maximas referam facere non possum. Vere ejusdem anni Gottingam in academiam Georgiam Augustam transmigravi, ubi per annum moratus Lipsiam redii. Lipsiae autem scholas adii virorum clarissimorum Ahrensii, Brockhausii, Curtii, Drobischii, Eücksteinii, Fritzschii, Klotzii, Langeri, Langii, Lipsii, Overbeckii, Pauli, Philippii, Pückerti, Riegelii, Ritschelii, Voigtii, Wuttkii, Zarnckii, Zilleri. Gottingae vero magistri mei fuerunt viri clarissimi E. de Leutschio, Lotzius, W. Müllerus, Peipersius, Sauppius, Wachsmuthius, Waitzius, Wieselerus.

Omnibus magistris meis gratias quam possum maximas habeo semperque habebo.

In litteris Huethel & Legleri Lipsiae.